

RAYMOND J. LOENERTZ O. P., *Ioannis de Fontibus Ord. Praed. Epistula ad abbatem et conventum monasterii nescio cuius Constantinopolitani*, in «Archivum Fratrum Praedicatorum» (ISSN 0391-7320), 30, (1960), pp. 163-195.

Url: <https://heyjoe.fbk.eu/index.php/afp>

Questo articolo è stato digitalizzato della Biblioteca Fondazione Bruno Kessler, in collaborazione con l'Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum all'interno del portale [HeyJoe](#) - *History, Religion and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe è un progetto di digitalizzazione di riviste storiche, delle discipline filosofico-religiose e affini per le quali non esiste una versione elettronica.

This article was digitized by the Bruno Kessler Foundation Library in collaboration with the Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum as part of the [HeyJoe](#) portal - *History, Religion, and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe is a project dedicated to digitizing historical journals in the fields of philosophy, religion, and related disciplines for which no electronic version exists.



## Nota copyright

Tutto il materiale contenuto nel sito [HeyJoe](#), compreso il presente PDF, è rilasciato sotto licenza [Creative Commons](#) [Attribuzione-Non commerciale-Non opere derivate 4.0 Internazionale](#). Pertanto è possibile liberamente scaricare, stampare, fotocopiare e distribuire questo articolo e gli altri presenti nel sito, purché si attribuisca in maniera corretta la paternità dell'opera, non la si utilizzi per fini commerciali e non la si trasformi o modifichi.

## Copyright notice

All materials on the [HeyJoe](#) website, including the present PDF file, are made available under a [Creative Commons](#) [Attribution-NonCommercial-NoDerivatives 4.0 International License](#). You are free to download, print, copy, and share this file and any other on this website, as long as you give appropriate credit. You may not use this material for commercial purposes. If you remix, transform, or build upon the material, you may not distribute the modified material.



# IOANNIS DE FONTIBUS ORD. PRAEDICATORUM

## EPISTULA AD ABBATEM ET CONVENTUM

MONASTERII NESCIO CUIUS CONSTANTINOPOLITANI

EDIDIT

RAYMUNDUS-J. LOENERTZ O. P.

### 1. *De codice Vaticano Graeco III5*

Codex Vaticanus Graecus III5, chartaceus, s. xiv, foliorum 156, fuit Demetrii Cydonii, Graeci Thessalonicensis († 1397/98), et postea, ut uidetur, aut Emmanuelis Calecae aut Maximi Chrysobergae, Byzantinorum, fratrum Ordinis Praedicatorum. Est de numero librorum qui post mortem fratris Maximi redempti sunt ab eius fratre germano, Theodoro, Ordinis Praedicatorum, et in Bibliothecam Apostolicam illati tempore Nicolai papae V, fortasse post mortem Andreae Chrysobergae O. P., germani Maximi et Theodori<sup>1</sup>. Codex constat 21 fasciculis, quaternionibus, exceptis nono et decimo, quinionibus, necnon duodecimo et tertio decimo, quorum primus (olim certe quaternio) nunc 7, alter (olim quinio) nunc 9 folia habet. Folia 65, 93, 117, sordibus obsita, ipso aspectu docent librum olim in 4 partes diuisum fuisse, quamquam fere totus ab uno eodemque uiro exaratus est, quem Demetrio Cydonio a manu fuisse praeclare ostendit b. m. Ioannes cardinalis Mercati<sup>2</sup>. Codex habet, in unum collecta, scripta plurima de rebus controuersis inter ecclesias Graecam et Romanam<sup>3</sup>. Eius pars secunda,

<sup>1</sup> G. Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone etc.* (Studi e Testi, 56), Città del Vaticano 1931, 100-101, 482-483, 490. De fratribus Chrysobergis v. Arch. FF. Praed. 9 (1939) 5-61 et 338. De fratre Andrea, *Échos d'Orient* 34 (1935) 414-438; *Orientalia Christiana Periodica* 4 (1938) 329-371; Arch. FF. Praed. 21 (1951) 301-305, ubi ostenditur ipsum mortuum esse Nicosiae anno p. Ch. n. 1451, mense Februario. De fratre Emmanuele Caleca v. R.-J. Loenertz, *Correspondance de Manuel Calécas*, (Studi e Testi, 152), Città del Vaticano 1950; ibi etiam (p. 57-63) de fratre Maximo Chrysoberga.

<sup>2</sup> G. Mercati, *Notizie*, 164-165.

<sup>3</sup> Huius generis sunt e. g. Nicetae Maroniensis De processione Spiritus sancti libri vi (f. 3-46, quorum prooemium stat f. 58<sup>v</sup>-59); Nicephori Blemmydae De pro-

fasciculi uidelicet 12, 13, 14 (f. 93-116), continet sequentia: 1° (f. 93-97) Gregorii Cyprii, patriarchae Constantinopolitani tomus synodalis, damnans Ioannem ex patriarcha Beccum; est mutilus in fine; P.G., t. 142, col. 233 A-245 B - 2° (f. 97-103). Confutatio tomi praedicti, auctore ipso Ioanne Becco; P.G., t. 141, col. 864-896. - 3° (f. 103) Sententiae Patrum ab eodem collectae, (quae male dicuntur Epigraphae); P.G., t. 141, col. 613-724. - 4° (f. 109<sup>v</sup>-114). Ioannis de Fontibus O. P. Epistula, infra edenda. - 5° (f. 114-114<sup>v</sup>) Symbolum fidei quod fertur Athanasianum, Graece uersum <sup>4</sup>.

## 2. De scriptore et de tempore quo scripserit

Salutando, in exordio epistulae, uiros religiosos quibus scribit, prodidit frater Ioannes de Fontibus nomen atque cognomen, subiungens nomen congregationis cuius erat sodalis. Paulo post addidit se missum esse — in Orientem utique — a Christi uicario, Romano pontifice. Tandem, circa finem, meminit libri a se conscripti de processione Spiritus sancti, quem exstare dicit apud fratrem Emmanuelem — sui proculdubio sodaliti — Galatae habitantem. Est autem Galata, quod et Pera (τὸ Πέρα) dicitur, suburbium Constantinopolis ultra Cornu aureum situm, quod tunc temporis colonia Genuensium erat, suis legibus utentium, uallo et fossa cinctum et munitum. Condiderat ibi, anno p. Ch. n. 1299, frater Guillelmus Bernardi Calliacensis O. P. coenobium sui ordinis, etiamnum superstes, licet alio in eodem suburbio translatum. Hinc apparet fratrem Ioannem de Fontibus epistulam suam scripsisse condito iam isto coenobio, i. e. saeculo p. Ch. n. XIV. Apparet similiter, eum, dum scribit, non in ipso coenobio degisse. Ioannem ullum, cognomento de Fontibus, in monumentis aeui illius hucusque e puluere archiuorum et bibliothecarum erutis non inueni. Potuit esse — licet hoc minime demonstrare ualeam — Ioannes ille, coenobii de Pera alumnus, quem Ioannes Cantacuzenus Aug., anno p. Ch. n. 1353 Aue-

---

cessionem Spiritus sancti per Filium et ex Filio (f. 46-52); eiusdem de eodem Ad Theodorum Lascarum (f. 52-57); Georgii Pachymerae De processione Spiritus sancti (f. 57-58); S. Anselmi De processione Spiritus sancti liber, Graece redditus a Demetrio Cydonio (f. 65-80<sup>v</sup>); eiusdem De azymis epistula, Graece uersa ab eodem Demetrio (f. 81-83<sup>v</sup>); Acta concilii Photiani anni 879-80 (f. 117-156).

<sup>4</sup> De fatiis istius libelli apud Graecos v. V. Laurent, *Le Symbole « Quicumque » et l'Église Byzantine. Notes et documents, Échos d'Orient* 35 (1936) 385-404. Adde A. Dondaine in *Arch. FF. Praed.* 21 (1951) 370-371 et in *Historisches Jahrbuch* 77 (1958) 478-479; Th. Kaeppli in *Arch. FF. Praed.* 23 (1953) 167 n. 13.

nionem misit, ut Innocentio papae VI, nuper electo, suum de unitate ecclesiarum instauranda patefacerat animum. Docet hoc rescriptum Apostolicum, ab ipso Ioanne deferendum, datum Auenione, die 27 mensis Octobris, eodem anno:

⟨Innocentius episcopus, seruus seruorum Dei...⟩ Ioanni Cantacuzeno, imperatori Graecorum, gratiam in presenti, que perducatur ad gloriam in futuro.

Magnitudinis tue litteras, presentatas nobis per dilectum filium Ioannem ordinis fratrum Predicatorum, ambassiatores et nuntium tuum, latorem presentium, et ipsum quoque ambassiatores consideratione tua benigne recepimus, et tam eisdem litteris seriose perlectis, quam his que prefatus ambassiator pro parte tua nobis prudenter et prouide reseruit diligenter auditis, innotuit nobis desiderii feruor et affectionis patuit plenitudo quibus mens tua indesinenter exestuat ut inueterati schismatis purgata rubigine ac errorum tenebris effugatis, ad unitatem sancte Romane et uniuersalis ecclesie... una cum populo tibi subdito reuertaris... »<sup>5</sup>.

Meminit eiusdem legationis ipse Cantacuzenus, qui in Commentariis de rebus a se gestis fratrem Ioannem, nuntium suum, « unum de amicis Galatae habitantibus uocat »<sup>6</sup>. Quod si re uera frater iste Ioannes idem habendus sit ac frater Ioannes de Fontibus, suspicetur quis epistulam nostram scriptam esse eo tempore quo futurus imperatoris nuntius non longe ab isto, et fortasse in ipsa eius aula, commorabatur, ut frequentioribus et secretioribus colloquiis instruat de his quae summo pontifici relaturus erat. Apocrisiarii autem Romani pontificis, de quibus Ioannes de Fontibus in epistula (§§ 61-62) obiter loquitur, qui fuerint?

### 3. De Francisco Camerte et Richardo Anglo Constantinopolim missis a Ioanne XXII (1333)

Anno p. Ch. n. 1333, mense, ut uidetur Aprili, fratres Franciscus Camers et Richardus Anglus, ordinis Praedicatorum, Auenionem uenerunt e Taurica Chersoneso ad Curiam Ioannis papae XXII, oratores missi a fratribus suis, ibidem suo munere fungentibus, ut summum pon-

<sup>5</sup> O. Raynald., Ann. eccl., 1353 xxii, ex Reg. Vat. 235 (Innocentii VI ep. secr. t. I), f. 210.

<sup>6</sup> Ioann. Cantac. IV 9; t. III, p. 62, 11-18 Bonn. Nota tamen Cantacuzenum grauer memoria lapsum esse cum asserat se Ioannem Praedicatorum ad Clementem papam VI misisse. Veritas enim constat, omni dubio secluso, ex litteris Innocentii VI supra laudatis. Haec iam notauit in Orientalia Christiana Periodica, 19 (1953) 178 n. 3.

tificem de rebus a se prospere gestis certiolem facerent <sup>7</sup>. Qui, cum in itinere Constantinopolim deuenissent, firmam spem, nescio quibus signis ducti, conceperunt, Andronicum Palaeologum, Graecorum imperatorem, cum sua gente facile adduci posse ad instaurandam ecclesiasticam inter Byzantium et Romam unitatem. Auditis oratoribus Ioannes papa condidit in Tauride metropolim Bosphoranam et dioecesim Chersonensem, eisque pastores praefecit ipsos Franciscum et Richardum. Quos tandem, ad suas sedes et ecclesias profecturos, pontifex dimisit, anno ad finem uertente, datis prius litteris nonnullis negotia illis commissa spectantibus. Dictis et relatis a duobus Praedicatoribus Ioannes papa eo plenior adhibuit fidem, quo plane similia eodem fere tempore per alium uirum ei nuntiata sunt. Ioannes enim Pisanus, uir catholicus, magna in aula Byzantina auctoritate, Leopardum presbyterum, qui ei a sacris erat, Auenionem misit, relaturum pontifici de bono erga Romanam ecclesiam animo tum imperatoris, tum aliorum Graecorum, praesertim abbatum monasteriorum Sancti Basilii et Sancti Demetrii. Itaque, pridie Nonas Augustas, i. e. quarto die mensis, anni 1333, Ioannes XXII quaternas dedit litteras: primas ad ipsos Franciscum et Richardum; alteras ad Andronicum Augustum; tertias ad Graecorum patriarcham, imperatorem, populum; quartas ad Ioannem Pisanum, consiliarium imperatoris <sup>8</sup>. Quamquam in litteris de earum latoribus tacetur, uix dubium est quin Francisco ac Richardo creditae sint, exceptis fortasse ultimis, quae Leopardo presbytero, suo reddendae domino, traditae fuerint. His in commune praemissis, accuratius et exactius tractandum est de rebus a Francisco Richardoque Constantinopoli gerendis, deque potestate et facultatibus eis ad hoc a pontifice permissis. Solent enim rerum scriptores uiros istos nuntiorum, uel etiam legatorum, Apostolicae sedis amplo nomine decorare <sup>9</sup>, minus recte, saltem

<sup>7</sup> R. Loenertz, *La Société des Frères Pérégrinants*, Romae 1947, p. 127-130.

<sup>8</sup> Raynald., *Ann. eccl.* 1333 xix (ex Reg. Vat. 105, ep. 1339); xvii (ex Reg. Vat. 105, ep. 1341); xviii (ex Reg. Vat. 105, ep. 1342 et ep. de Curia 5). G. Mollat, *Jean XXII. Lettres communes* 60898 60899 60900 61258.

<sup>9</sup> Ego ipse in istum errorem lapsus sum scribendo (Op. cit., p. 129) « le pape les chargea de négocier l'Union à Constantinople ». Similiter V. Laurent, art. Nicéphore Grégoras, in *Dictionn. théol. cath.*, XI, 1, Paris 1931, col. 457: « En 1334 lorsque les légats du pape se présentent à l'empereur, avec la mission de reprendre les pourparlers, Grégoras... se récuse... ». Neque aliter M. Jugie, art. Barlaam, in *Dictionn. d'Hist. et de Géogr. eccl.*, VI, Paris 1932, col. 819: « ... quand arrivèrent à Byzance, en 1333, les deux légats... on dut recourir au moine Barlaam... On le rappela de Thessalonique... ».

si certis et propriis uerborum uel et significationi standum sit. Litteras ad ambos episcopos in commune datas pontifex inscripsit « Venerabilibus fratribus Francisco, archiepiscopo Vosprensi, et Richardo, episcopo Cersonensi », non adiectis uerbis « Apostolicae sedis nuntiis ». Talis omissio tanto dignior est notatu, quanto solemniora ipsa uerba sunt in epistulis ad Apostolicos nuntios datis. Sequuntur deinde considerationes praeambulae, ubi pontifex testatur unionem se Graecorum ualde optare, malisque compati quibus nunc a Saracenis afficiantur et uix nondum confecti sint; se tamen sperare per istas uexationes eos dispositum iri ad petendam ecclesiae Romanae unitatem et communionem. Quae ut efficiantur et perficiantur, in litterarum parte praecipua Francisco et Richardo nonnulla iniunguntur, quae propriis pontificis uerbis referre lubet: « ... fraternitati uestrae praecipimus et mandamus quatenus... tam clero quam populo Graecorum praemissa... pericula... exponere... studeatis, ipsosque ... inducere ut catholicae fidei puritatem... uelint suscipere, eamque publice profiteri, dictae quoque sanctae Romanae ecclesiae primatum agnoscere et ad eius unionem et salutarem oboedientiam properare. Quae si... perfecerint, ipsa mater ecclesia filiis redeuntibus sinum largissimae pietatis aperiet, consolationem et charitatem ipsis impendet et in eorum opportunitatibus ipsos sicut charissimos filios gratiose ac fauorabiliter pertractabit. Datum Aui-nione, II Non. Aug., anno xvii ». Nec plura! Viris Constantinopolim a se mittendis Ioannes XXII hanc fere legem agendorum praescribit: « Eunto. Graecos docento; eos, ut ad ecclesiae Romanae gremium redeant, hortantor; reuersuris Parabolae uitulum pollicentor ». Huiusmodi iussis exsequendis satis erant facultates, potestas, auctoritas, quibus gaudent singuli sacerdotes non suspensi a diuinis. Proinde, neque in litteris tum soli Andronico Augusto, tum eidem una cum patriarcha et populo inscriptis ulla inuenies uerba quibus aut imperator aut patriarcha rogentur ut dictis ab episcopis tamquam a pontifice prolatis fidem exhibeant, neque ullae reperiuntur aut commemorantur litterae quibus iidem, ut nuntii, cuius commendati sint. Iam uero talia commendaticia uerba cum primis requiras in litteris ad illos datis apud quos nuntii suas partes acturi erant, ad imperatorem scilicet et ad patriarcham. At si ea ibi quaesieris, frustra tempus triueris. Pontifex enim, postquam salutauit Andronicum, sine praeambulis incipit a narratione, his fere uerbis: *Franciscum et Richardum sibi et S. R. E. cardinalibus in consistorio exposuisse bonam uoluntatem et intentionem deuotam quam ipse (Andronicus) et alii haberent ad ueritatem catholicae fidei cognoscendam et ad redeundum ad sanctae Romanae ecclesiae oboedientiam et unitatem,*

*et nisi unio huiusmodi procuraretur, imperio Constantinopolitano propter Saracenos magnum periculum imminere.* Hucusque narratio. Sequitur praecipua pars litterarum, ea uidelicet in qua pontifex solet animum suum patefacere, suamque, si oportuerit, uoluntatem manifestare. Quam partem sic referre possis: *Se (pontificem) magnificentiam eius (imperatoris) rogare in Domino et hortari, quatenus animum suum ad abnegandos errores et schismata et ad oboedientiam et unitatem Romanae ecclesiae redeundum coaptet, sciturum, facta redintegratione ista sedem Apostolicam eum tamquam charissimum filium sic fauorabiliter et gratiose tractaturam esse, et habituram in uisceribus charitatis, ut gaudere posset se in ea matrem beneuolam in suis opportunitatibus inuenisse.* Totae litterae, summo uerborum compendio redditae, sic fere sonant: *per Franciscum et Richardum Praedicatorum rogastis nos ut auxilium uobis, ne a Turcis pessum iretis, ferremus, ad unitatem ecclesiae Romanae postea redituris. Respondentes hortamur uos ut primum reuertamini ad ipsam, uobis postea subuenturam.* Constat igitur Franciscum et Richardum, non quidem omnino priuatos fuisse, ut qui episcopali dignitate pollebent; at tamen caruisse illa potestate et grauitate quae nuntiorum Apostolicorum propria est. At Graeci Constantinopolitani eos nihilo secius pro legatis seu nuntiis habuerunt. Etenim Barlaam Calaber, tunc non catholicus, postquam cum eis publice disputauit, in suis responsis quae scripto mandauit, eos non semel *πρόσβεις* uocat<sup>10</sup>. An hoc ipsum facere potuit Ioannes a Fontibus? Nonne, cum dicit pontificem Graecos ut legitimos filios amplexurum esse, illa uerba respicere uidetur, quae supra attulimus, de matre Ecclesia, Graecos ut filios carissimos tractatura? Apocrisarios, de quibus loquitur Ioannes de Fontibus, Franciscum et Richardum fuisse uel pertinacius asseuerarem, nisi hoc obstaret: refert Ioannes apocrisarios istos Graecos, timentes ne quid ab ecclesia Romana post restauratam unitatem in eorum ritibus et consuetudinibus immutaretur, securos huius timoris fecisse. Istius

<sup>10</sup> Barlaae Opuscula, xxi numero, recensentur in I.-A. Fabricius-G. Ch. Harles, Bibliotheca Graeca, 12 voll., Hamburgi 1790-1811, t. XI, p. 463-470; quae paginae repetitae sunt in Patrologiae Graecae tomo 151, col. 1247-56. Legatorum meminit Barlaam e. g. in opusculis VIII (cod. Vat. gr. 1110, f. 76-78<sup>v</sup>); IX (ibid., f. 71-76); XII (cod. Vat. gr. 2242, f. 122-122<sup>v</sup>); XIII (ibid., f. 122<sup>v</sup>-129<sup>v</sup>); XIV (ibid., f. 129<sup>v</sup>-133). De codicibus opusculorum v. C. Giannelli, Un progetto di Barlaam per l'unione delle Chiese (Miscellanea Giovanni Mercati t. III = Studi e Testi, 123) Città del Vaticano 1946, p. 180 n. 38. Idem, È Francesco Petrarca o un altro Francesco, e quale, il destinatario del « De primatu papae » di Barlaam Calabro? (Studi in onore di Giunio Funaioli, p. 83-98), Romae 1955, p. 92 nn. 39 et 40.

generis promissiones Franciscus et Richardus facere uix poterant, cum sine mandato essent. Ideo, ut undecumque tuti fiamus, uidendum nunc de apocrisiariis Clementis papae VI, Constantinopolim missis anno p. Ch. n. 1350.

4. *De Gasberto de Orgolio et Guillelmo Emergani  
nuntiis Clementis VI (1350)*

Ioannes Cantacuzenus Augustus, nuper summa rerum potitus, autumnno anni p. Ch. n. 1347 legatos ad Clementem papam VI misit Georgium Spanopulum, protovestiaritam, Nicolaum Sigerum, praetorem plebis<sup>11</sup>, Franciscum de Pertuxo Aluernum, equitem stipendiis eius militantem<sup>12</sup>. In mandatis habebant isti ut Clementi manifesta-  
rent quo desiderio imperator flagraret reparandae unitatis ecclesiasticae, quam rem in concilio generali, collatis Graecorum ac Latinorum consiliis tractari cupiebat. Pontifex legatos, qui eum mense Martio anni 1348 adierunt, comiter excepit et benigne audiuit, eosque domum di-

---

<sup>11</sup> De ista legatione v. R.-J. Loenertz, *Ambassadeurs grecs auprès du pape Clément VI (1348)* in *Orientalia Christiana Periodica* 19 (1953) 178-196. Ad ea quae ibi, p. 194-195, disserui de cursu honorum Nicolai Sigeri, amici Francisci Petrarchae, adde sequentia: mense Novembri anni p. Ch. n. 1348 Isidorus, patriarcha Constantinopolitanus, sedens pro tribunali, diremit causam motam a Nicolao Sigero, magno interprete; F. Miklosich-J. Müller, *Acta ed diplomata graeca medii aevi*, t. I, Vindobonae 1860, p. 279, 5 et 280, 15-17 (n° 126 ii). Anno 1352, die 6 mensis Maii, Nicolaus Sigerus, magnus interpres, scribit instrumentum pacis factae a Ioanne Cantacuzeno Aug. cum re publica Genuensium; *Liber iurium rei publicae Genuensis* t. II, Taurini, 1857, n° 303 col. 602-606.

<sup>12</sup> « Dilecto filio nobili uiro Francisco de Pectuxo (!) militi, Sancti Flori dioecesis » Clemens papa VI, idibus Februarii (i. e. die 13 mensis) commendat nuntios suos Gasbertum et Guillelmum, Constantinopolim profecturos (de quibus v. infra p. 170) L. Wadding, *Annales Minorum*, t. VIII, ed. 3, p. 38, ex Reg. Vat. 143, f. 149<sup>v</sup>-150. Eundem esse suspicor ac Franciscum Iterii de Aruernia, qui anno 1351, mense Martii die 1 Venetiis legatum Ioannis Cantacuzeni agebat; *Diplomatarium Veneto-Levanticum*, t. II, ed. G. M. Thomas, Venezia 1899, n° 7 p. 16-17. Franciscum de Pertuxo, non Franciscum Petrarcham neque Franciscum Camertem, archiepiscopum Bosphoranum, a Barlaa Calabro commemorari in opusculo de primatu papae ualidis argumentis sustinet C. Giannelli in dissertatione supra laudata « È Francisco Petrarca o un altro... », p. 95-97. Proinde, cum opusculum illud ceteris libellis Barlaae antiquius esse uideatur, crediderim Barlaam et Franciscum de Pertuxo conuenisse Constantinopoli, quo tempore Barlaam cum Nicephora Gregora colloquium illud publicum habuit quod in Dialogo inscripto Florentio posteris mandauit Gregoras, i. e. inter autumnum anni 1330 et aestatem anni 1331, si recte iudicauit; v. *Orient. Christ. Per.* 23 (1957) 116.

misit, pollicitus, datis litteris die 15 mensis Aprilis, se per suos nuntios responsurum esse. Promissum soluit post biennium<sup>13</sup>, mittens Constantinopolim fratres Gasbertum de Orgolio O. P. et Guillelmum Emergani O. F. M., Cenetensem e Cissamensem episcopos<sup>14</sup>. Fuerunt hi et re et nomine uere apocrisiarii, responsales scilicet, ut qui responsa Romani pontificis Graeco Romanorum imperatori Byzantium perlaturi essent<sup>15</sup>. Idibus itaque Februarii anni p. Ch. n. 1350 Clemens papa dedit litteras duodenas, alias quidem ad ipsos nuntios, alias ad principes apud quos suo munere functuri erant, alias tandem ad aliquos a quibus tum in itinere tum Constantinopoli, auxilium praestolari poterant. Erant hi dux Venetiarum, tunc Andreas Dandulo, et in commune uniuersi ecclesiarum praelati et omnes personae ecclesiasticae<sup>16</sup>, et Franciscus de Pertuxo, supra laudatus, et Ioannes Asanes, capitaneus ciuitatis Constantinopolitanae ac leuir Ioannis Cantacuzeni<sup>17</sup>, et patriarcha Constantinopolitanus<sup>18</sup>. Litteris ad ipsos datis nuntii uariis facultatibus instruebantur quibus eis opus erat exsequendo negotio sibi commisso. Imperatori Ioanni Cantacuzeno eiusque genero et collegae, Ioanni, Andronici minoris f., Palaeologo Augusto, scripsit Clemens rogans eos ut plenam et indubiam praerberent fidem missis a se

<sup>13</sup> Memoria lapsus esse Ioannem Cantacuzenum, qui in Commentariis de rebus a se gestis asserit nuntios Apostolicos una cum suis legatis Constantinoplim uenisse, iam ostendi in *Or. Christ. Per.* 19 (1953) 178.

<sup>14</sup> De his plurima congescit G. Golubovich, *Biblioteca Bio-bibliografica della Terra Santa e dell'Oriente Francescano*, t. V, Quaracchi, 1927, 51-54. De fratre Gasberto O. P. u. etiam Th. Kaeppli, *Stephanus de Salanhaco et Bernardus Guidonis*, De quatuor in quibus Deus Praedicatorum ordinem insigniuit (*Mon. O. FF. Praed. Hist.*, XXII), Romae 1949, 143, 5 et n.

<sup>15</sup> V. *Glossarium mediae et infimae Latinitatis* auctore Carolo du Cange, s. u. Responsalis n<sup>o</sup> 2.

<sup>16</sup> Litterae ad ducem Venetiarum, ineditae, sunt in *Reg. Vat.* 143, f. 139<sup>v</sup>. Illae quibus nuntii commendantur uniuersis ecclesiarum praelatis ibidem, f. 150; sequuntur haec uerba: « Fiat similis pro uenerabili fratre Gasberto, episcopo Cenetensi, Apostolice sedis nuntio ».

<sup>17</sup> Raynald., *Ann. eccl.* 1350 xxix, ex *Reg. Vat.* 143, f. 150. In codice et in editis Ioannes dicitur « Colorannus », corrupte pro Calo-Ioannes, Caloiannes (Bono-Ioannes; cf. it. Bongiovanni). Relatis his litteris Raynaldus prosequitur: « Provocati similimodis literis... plures viri imperatoriae aulae proceres »; quae uerba unas tantum litteras respiciunt, datas ad Franciscum de Pertuxo; v. supra n. 12.

<sup>18</sup> Vacabat tunc sedes patriarchalis, defuncto Isidoro (1349.XII.2) nondum electo Callisto (1350.VI.10). Litterae uero in *Reg. Vat.* 143, f. 150 commemoratae sunt post litteras ad Asanem his uerbis: « In eundem modum mutatis mutandis patriarche grecorum ».

nuntiis, responsuris ad ea quae oratores eorum anno 1348 sibi retulerant<sup>19</sup>. Dum haec Auenione geruntur Cantacuzenus, qui, anno proximo iam ad finem uergente, Thessalonicam una cum genero se contulerat, collega in Macedonia relicto Constantinopolim reuertitur; ubi eum nuntii Apostolici, aestate ut uidetur eiusdem anni 1350, solum Augustum inuenerunt. Multa deinde colloquia inter ipsum et nuntios, qui, teste Cantacuzeno, Acta sua cum principe litteris mandauerunt<sup>20</sup>. Et utinam ista commentaria seruata essent! Forsitan inuenissemus in eis illa uerba quibus apocrisiarii, auctore Ioanne de Fontibus, imperatorem securum fecerunt ne Graeci ab ecclesia Romana suis ritibus timerent. At iam tempore Gregorii papae XI Acta Gasberti et Guillelmi cum Cantacuzeno in Archiuo ecclesiae Romanae frustra quaerebantur. Gregorius enim, ipse quoque nuntios Byzantium missurus, ea requisitum a superstite Gasberto, quo tamen exitu, nescimus<sup>21</sup>. Unde dubii haeremus loquaturne de Francisco et Richardo Ioannes noster, an de Gasberto et Guillelmo, an tandem commemoret episcopale tertium par, de quo nunc agendum.

5. *De Petro Thomasio et Guillelmo comite Septimate  
nuntiis Innocentii VI (1357)*

Anno p. Ch. n. 1356, infra Octauas Pentecostes, qui dies festus eo anno die 12 Iunii actus erat, Auenionem applicuit parua nauis, de illis quas galaeas uocabant, qua uehebantur legati duo Ioannis V Palaeologi Augusti, Graecorum imperatoris<sup>22</sup>. Erant hi Paulus Calaber, Smyrnarum Latini ritus episcopus, et Nicolaus iterum Sigerus, iam ad magni

<sup>19</sup> Raynald., Ann. eccl. 1350 xxx; Bullarium Franciscanum, t. VI, ed. C. Eubel, Romae 1902, p. 239 n° 533; Wadding, Ann. Min., t. VIII (ed. 3), p. 38 n° viii; Golubovich, Bibliotheca, t. V, p. 52 (ex Reg. Vat. 143, f. 149).

<sup>20</sup> *καὶ παραγερόμενοι πρὸς πάπαν, τὴν τε πρεσβείαν ἀπήγγελλον, καὶ πολλοὺς διεξήρσαν ἐπαινοὺς ὑπὲρ βασιλείως, καὶ τὰς γεγραμμένας ἐφημερίδας ἐπιδείκνυντες.* Cantac. IV 9: III 61, 14-17 (Bonn).

<sup>21</sup> O. Halecki, Un empereur de Byzance à Rome, Warszawa 1930, p. 289 n° 26, ex. Reg. Vat. 270, f. 22 (1374.III.19).

<sup>22</sup> Innocentii VI Vita secunda, ed. St. Baluzius-G. Mollat, Vitae paparum Auinionensium, t. I, Parisiis 1916, p. 334. Nomina legatorum sunt in litteris mox laudandis n. 23. V. etiam K. H. Schäfer, Die Ausgaben der Apostolischen Kammer unter den Päpsten Benedikt XII., Klemens VI. und Innocenz VI (1335-1362), Paderborn 1914, p. 605, ad diem 30 Iunii 1356, ubi tamen nomen dignitatis (megas hetaeriarcha) pro nomine proprio personae datur et adeo corrupte (Bayssacreatus) ut agnosci non possit.

hetaeriarchae dignitatem promotus. Qui obtulerunt Innocentio papae VI imperiales litteras, datas Constantinopoli in Blachernis, die 15 Decembris anni proximi, auro bullatas et ab imperatore manu propria purpureo colore subscriptas<sup>23</sup>. Testabatur his litteris Palaeologus, addito sacramenti robore, se promisisse sequentia: 1<sup>o</sup> fidelem se fore, oboedientem, reuerentem, deuotum, tam Innocentio quam eius successoribus Romanis pontificibus, eorumque legatos et nuntios reuerenter et deuote recepturum esse; 2<sup>o</sup> pro uiribus se conaturum esse ut idem forent et facerent subditi eius, cum laici tum clerici. Subdebat autem se hoc extremum efficere non posse, nisi prius ei pontifex praestitisset classem nauium longarum quinque et onerariarum<sup>24</sup> quindecim, cum exercitu quingentorum equitum et peditum mille. Lectis litteris et auditis oratoribus Innocentius nulla mora statuit mittere Constantinopolim, non naues, equis armis commeatu milite grauidas — unde talia tantaque tam subito deprompsisset? — sed nuntios duos, uerbis armatos et Apostolicis litteris onustos: Petrum Thomasium, Pactensem, et Guillelmum de gente comitum Septimi, Sozopolitanum, episcopos<sup>25</sup>. His, qui die 15 mensis Iulii iam designati erant, dedit hoc in mandatis praecipuum, ut scilicet tum ipsum imperatorem, tum omnes qui eum imitari uellent, rite in ecclesiae Romanae reciperent communionem<sup>26</sup>. Quae res eis pro uoto pontificis cessit, ut constat, tum ex imperiali rescripto, dato Constantinopoli in Blachernis, mense Nouembri anni 1357, tum ex narratione scriptoris uitae Petri Thomasia<sup>27</sup>. Rebus non infeliciter gestis nuntii Auenionem redierunt et biennio post Petrus Thomasia iterum Constantinopolim profectus est, legatus iam

<sup>23</sup> A. Theiner-F. Miklosich, Monumenta spectantia ad unionem ecclesiarum Graecae et Romanae, Vindobonae 1872, p. 29-33 (Graece) et p. 33-37 (Latine) Latine etiam apud Raynald., Ann. eccl. 1355 xxxiii-xxxiv (ista editione usus sum).

<sup>24</sup> uscerios Italice uocant litterae; i. e. naues equis uehendis aptae quibus in puppi magnum ostium patebat unde *ostiariae* dictae sunt.

<sup>25</sup> De Petro Thomasio ordinis B. Mariae de Monte Carmelo, postea sanctis ascripto u. Joach. Smet O. Carm., The Life of Saint Peter Thomas by Philippe de Mézières, Romae 1954. Fratrem Guillelmum de comitibus castri Septimi (Settimo Milanese) ordinis Praedicatorum episcopum Cisopolitanum (i. e. de Sizebolu: ita Turcis uocatur Sozopolis) creauit Innocentius VI 1356.VII.20 Idem eundem translulit ad sedem Aemoniensem (Cittanova d'Istria) 1359.III.15; Io. Bapt. M. Contareno O. P., De episcopis ad Istrianas ecclesias ex ordine Praedicatorum assumptis, Venetiis, 1760, p. 30-31.

<sup>26</sup> De missione Constantinopolitana Petri Thomasia eiusque socii v. J. Smet, The Life, p. 74-80 et 201-206. Multa etiam apud O. Halecki, Un empereur, p. 55-68.

<sup>27</sup> J. Smet, The Life, p. 75-80.

pontificis et paruae classi praefectus, quacum re uera imperio Constantinopolitano contra Turcos auxilium ferre tentauit, non tamen ita prospero successu <sup>28</sup>. Haec pauca de nuntiis Innocentii VI commemorare uolui, cum non omnino impossibile sit, de ipsis potius quam de praecedentibus Ioannem de Fontibus in epistula scripsisse.

#### 6. De pretio epistulae et de merito scriptoris

De merito et doctrina fratris Ioannis nolo temere iudicare, cum mihi unum propositum sit, materiam scilicet ministrare et auxilia parare illis quorum et animos iuuabit et scientiae competet, ut de talibus rebus sententiam ferant. Liceat tamen rogare futuros iudices et monere, ne sint in scriptorem acriores, neue libellum ipsum aequo uilius pendant. Meminerint Ioannem nostrum scripsisse quando a coenobio suo aberat, et opusculum suum ex tempore condidisse, nulla data copia eorum librorum qui ad finem instituti operis conduxissent. Et hoc ex ipsa epistula facile colligas. Cum enim noster e Bibliis sacris, praesertim e Nouo Testamento, multa uerba suis litteris intexuerit, sed et Graecorum ecclesiae Patrum non pauca nomina laudet, istorum tamen sententias nullibi refert, exceptis duabus Ioannis Chrysostomi. Quas tamen non ex Graeco Graece desumpsit, uerum e Latino Thomae Aquinatis ipsemet, utcumque, Graeco sermoni restituit <sup>29</sup>. Itaque praeter Biblia sacra et opusculum Thomae Aquinatis quod inscribitur (male quidem) « Contra errores Graecorum » <sup>30</sup>, Ioannes unum tantum librum Fulgentii Ruspensis « De fide ad Petrum » prae manibus habuisse uidetur. Alterum quoque futuros iudices inducere possit, ut de Ioanne et eius opella benignius quam iustius sentire uelint: uiri Latini qui medio aevo Graecas litteras addidicerunt, hoc fere omnes eo consilio faciebant, ut scriptores Graecos, tam profanos quam sacros, suis ciuibus Latine uersos peruios redderent. Perpauci Graece aliquid conscribere conati sunt. Sed et isti plerumque in congerendis antiquorum testimoniis et in conficiendis florilegiis et siluis sententiarum operam suam consumpserunt. Frater Guillelmus Bernardi Gallus, Calliacensis, libros nonnullos Thomae Aquinatis « Graecos fecisse » traditur <sup>31</sup>. Frater Iacobus,

<sup>28</sup> J. Smet, *The Life*, p. 84-86 et 206-212.

<sup>29</sup> Vide notas ad epistulae §§ 18 et 19.

<sup>30</sup> V. quae de hac re scripsi in *Arch. FF. Praed.*, 29 (1958) 77.

<sup>31</sup> Locum istum Bernardi Guidonis edidi ex codice Tolosano 490, f. 217 in *Arch. FF. Praed.* 2 (1932) 66.

cuius epistolam ad Andronicum Palaeologum Augustum nuper uulgauit<sup>32</sup>, capita non multa ex opusculo Thomae Aquinatis deprompta, tacito scriptoris nomine, Graece uertit. De fratre Simone Constantinopolitano dubium est Graecus, fueritne Latinus. Restat igitur quod frater Ioannes de Fontibus, unus omnium Latinorum illius temporis, ausus est aliquid noui et proprii Graeco stylo efferre. Quod ex eius calamo fluxit non omnibus numeris absolutum est? Assentior. At, « ut desint uires, tamen est laudanda uoluntas »<sup>33</sup>.

---

<sup>32</sup> Arch. FF. Praed. 29 (1959) 73-88.

<sup>33</sup> Ouid., Pont. III 4, 79.

## Μοναχοῦ τινος ἐκ τῶν Ἱταλῶν

Ἰωάννου ντε Φόντιμπους

f. 109<sup>v</sup> Τοῖς φιλότοις ἐν Χριστῷ πατέρας, τῷ τε ἡγουμένῳ καὶ τοῖς μοναχοῖς τοῦ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει μοναστηρίου τοῦ ... Ἰωάννης ντε Φόντιμπους ἐκ τῆς τῶν ἀδελφῶν Πρεδικατόρων τάξεως ὄν γραφῶν εὐχομαι σωτηρίας ὑμᾶς αἰωνίου τυχεῖν τῆς διὰ πίστεως εὐκρινούς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

2. Ἐγὼ κατὰ τὴν σωτήριον αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν φωνὴν ὄρων ἐν τούτοις τοῖς μέρεσι « θερισμὸν μὲν πολλὸν θεριστάς δὲ ὀλίγους » ἢ σχεδὸν οὐδένα, ἐνθυμούμενος δὲ καὶ τὸν τῆς ἐργασίας καιρὸν εἶναι βραχύτατον, θάπτον ἐπιόντος τῆς τοῦ θανάτου νικτὸς, ἐν ἣ οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι, κατανοῶν δὲ καὶ ἐντεῦθεν μὲν μέγαν ἐπηρτήσθαι κίνδυνον τῷ τε θερισμῷ καὶ τοῖς θερισταῖς ἀμελήσασιν τοῦ καταλειπομένου βραχέος χρόνου, ἐκείθεν δὲ μεγίστην εἶναι κέρδους ἐλπίδα, εἰ μὴ ῥαθυμία τὸν εἰρημένον καιρὸν παραδράμοιμεν, ἀλλὰ πρὸς τὸν τοῦ θερισμοῦ κάματον τούτῳ χρῆσαιμεθα, μάλιστα καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Ἐδαγγελλῷ μισθὸν τοῖς αὐτοῦ θερισταῖς ἐπαγγελλομένου καὶ λέγοντος

*Inscriptio*

Carissimis in Christo patribus, abbati et monachis monasterii... Constantinopolitani, Ioannes de Fontibus, de ordine fratrum Praedicatorum, scribens opto salutem uos consequi sempiternam, quae est per fidei sinceritatem in Christo Iesu domino nostro.

*Causa scribendi*

2. Ego, secundum uocem salutarem ipsius Domini et Saluatoris nostri, uidens in istis partibus « messem quidem multam, messores autem paucos », aut fere nullos; considerans etiam operationis tempus esse breuissimum, cito ueniente mortis nocte, « in qua nemo potest operari »; sed et intelligens magnum imminere periculum tam messi quam messoribus qui residuum breue neglexerint tempus; illinc autem maximam esse lucri spem, si praefatum tempus negligentia non praeteramus, sed eo ad opus messis utamur; praesertim etiam Saluatore nostro in Evangelio secundum Ioannem mer-

1 Superscripsit librarius: μοναχοῦ τινος ἐκ τῶν Ἱταλῶν. Addidit alia manus saeculo xv: Ἰωάννου ντε φόντιμπους. 7-8 Matth. IX 37-38; cf. XIII 30.  
9-10 Ioann. IX 4. 14-17 Ioann. IV 36.

ἔτι καὶ ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἵνα καὶ ὁ σπεύρων ὁμοῦ χαίρηται καὶ ὁ θερίζων, δεῖν ἔκριναι ὑμῶν ἀντ' ἄλλου τινὸς ἀποστεῖλαι ξενίου τὸν παρόντα λόγον, παραινήσεις ὑμῶν περιέχοντα σωτηρίας, ἀνάξιος μὲν ὢν καὶ οὐχ ἱκανὸς ὡς ἑμαντὸν πείθω, ἀλλ' ὁμοως  
 20 παρὰ τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ ἀπεσταλμένος διὰ τοῦ βικαρίου αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τῇ [ὑμετέρῃ] σωτηρίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμῶν εὐφρανθῆναι, ἢ τῷ θερίζειν ὑμᾶς καὶ εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀποτίθεσθαι, ἢ τοδλάχιστον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἐν ὑμῶν σπεύρειν, καὶ πρὸς τὸν τοῦ κυρίου θερισμὸν ὑμᾶς ἐτοιμάζειν, ἢ ὡσπερ κόκκοι σίτου τοῦ ἀχύρου τῶν ὑμετέρων σωμάτων ἐκτιναχθέντος  
 25 δυνηθῆτε συναχθῆναι εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν ἀποθήκην.

3. Δέομαι τοίνυν ὑμῶν μὴ καταφρονῆσαι τῶν ἐμῶν λόγων, ἰδιωτικῶν μὲν, εὐλόγων μὲντοι καὶ ἀληθῶν, ἀλλὰ μεμεριμημένως αὐτῶν ἀκοῦσαι ἢ ἀναγνώσκειν, ἵνα ἅπερ ὑμῶν ἀληθῆ δόξει κατὰσχῆτε καὶ τοῖς ἔργοις τελέσητε· ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς ἐστι. 4. Πάλιν ὑμῶν δέομαι, εἰς τῆς φωνῆς  
 30 ἀκοῦσητε τοῦ Κυρίου, μὴ σκληρόνητε τὰς καρδίας ὑμῶν· φησὶ γὰρ ἡ Γραφή· «καρδίᾳ σκληρᾷ κακὰ συναντήσῃ ἐπ' ἐσχάτων». 5. Πρῶτον οὖν γνώσκων ὑμᾶς βούλομαι ὡς ἐγὼ σφόδρα ὑμῶν ὑπεραγαλῶ, κατανοῶν τὸν πόνον ὑμῶν καὶ τὸν μόχθον ὃν ὑπὲρ Χριστοῦ ὑπομένετε, αὐτῷ νυκτὸς καὶ ἡμέρας

cedem promittente messoribus suis, ac dicente « et qui metit mercedem accipit et congregat fructum in uitam aeternam, ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit », pro alio uobis munere sermonem istum mittendum iudicavi, exhortationes uobis salutare habentem; quamquam indignus sum, et, ut mihi persuasi, non sufficiens, sed nihilominus a domino messis missus per uicarium eius, et de uestra salute cupiens iucundari, siue dum uos meto et in uitam aeternam recondo, siue dum uel semino in uobis uerbum Dei et ad Domini messem uos praeparo, ut ad instar grani frumenti, excussa palea corporum uestrorum in caelorum possitis horrea congregari.

*Benivolentiae captatio et stimuli ad audientiam*

3. Rogo uos itaque ne contemnatis uerba mea, indocta quidem, at rationabilia et uera, sed ea sollicite audiatis et legatis, ut quae uera uobis uidebuntur teneatis et opere perficiatis; tempus enim prope est. 4. Item rogo uos ut, cum uocem Domini audieritis, non obduretis corda uestra. Dicit enim Scriptura: « Cor durum habebit male in nouissimo ». 5. Primum igitur cognoscere uos uolo, quod ego ualde super uos perdolui, intelligens operam et laborem quos sustinetis pro Christo, seruietes ei nocte et die, in labore et disciplina,

20 Matth. IX 37. 24-25 Matth. III 12; XIII 30. 29 Apoc. I 3.  
 29-30 Psalm. 94, 8. 31 Eccli. III 27. 33-35 cf. 2 Cor. XI 27.

δουλεύοντες, ἐν πόνῳ καὶ σκληραγωγίᾳ, ἐν ἀγρύπνιαις πολλαῖς, ἐν λιμῶ  
καὶ δίψει καὶ νηστεαῖς πολλαῖς, ἐν φύχει καὶ γυμνότητι καὶ ἐκουσίῳ πτω- 35  
χείᾳ, ἐν προσευχαῖς καὶ ὑποστρώσεσι σκληροτέραις καὶ πολλαῖς ἄλλαις  
ταλαιπωρίαῖς. 6. καὶ ταῦτα διεξήλθον, οὐκ ἀποδοκιμάζων τὰ παρ' ὑμῶν  
γινόμενα, μᾶλλον μὲν οὖν ἀποδεχόμενος καὶ πλεῖστα τούτων ἕνεκα  
ὑμᾶς ἐπαινῶν, καὶ ἔτι πρὸς τὰ μείζονα ὑμᾶς προκαλούμενος. διὰ γὰρ  
ταῦτα καὶ μᾶλλον ὑμῖν ὄρημα γράφειν ἢ τοῖς ἄλλοις οἷς οὐδὲν τούτων 40  
μέλει, καίτοι μᾶλλον ἴσως τῶν παραινέσεων τούτων χρῆζουσιν. 7. ἐνὸς  
δὲ λειπόμενα κατανοῶν τὰ ὑμέτερα ἔργα, ὃ κανὼν καὶ θεμέλιός τις ἐστι  
τῆς Χριστιανικῆς τελειότητος, καὶ οὐ χωρὶς πόρου πᾶς ἐστι τῆς σωτηριώ-  
δους ὁδοῦ, εἰ καὶ ἀγαθῶν ἔργων ἐπιμελεῖσθαι δοκεῖ, ἀλγῶ λίαν τοσοῦτους  
πόνους ἀπολλυμένους ὁρῶν καὶ πρὸς τὰς αἰωνίους κολάσεις ὑμᾶς ἀπὸ τῶν 45  
παρόντων μόχθων μεταχωροῦντας. |

f. 110 8. Οὐδ' ὑμῖν δεῖ ἢ ἀληθῆς ἐστὶν ὑπακοή, ἢ μᾶλλον ἢ πάσαις ὁμοῦ  
ταῖς προσαγομέναις αὐτῷ θυσίαις ὁ Θεὸς χαίρει· ὅτι δ' ὑμῖν ὑπακοῆς  
χρεία δεῖξαι πειράσομαι. 9. ἂν γὰρ ἴδητε τὸν ὑμῶν προεστῶτα τῷ ὑμε-  
τέρῳ πατριάρχει ἀνθιστάμενον καὶ μὴ ὑπακούοντα, ἔτι δὲ καὶ ὑμῖν 50  
παραινῶντα μηδὲν τοῦ πατριάρχου, ὀρθοδόξου ὄντος, φροντίζειν, ἀλλ'  
ἐαντῷ μόνῳ βουλόμενον ὑμᾶς ὑπακοῦειν, οὐ τῷ ἡγουμένῳ τοιαῦτα

in uigiliis multis, in fame et siti et ieiuniis multis, in frigore et nuditate et  
paupertate uoluntaria, in orationibus ac stratis durioribus et multis aliis  
aerumnis. 6. Et haec commemorauit, non improbans quae fiunt a uobis, sed  
potius recipiens ea, et plurimum uos propter ista laudando, et adhuc ad  
maiora uos prouocando. Propter ista enim magis etiam motus sum ut scri-  
berem uobis quam aliis, qui nihil istorum curant, licet illis magis fortasse his  
exhortationibus opus sit. 7. Sed intelligens operibus uestris unum deesse,  
quod fundamentum quoddam est perfectionis Christianae et sine quo longe  
unusquisque est a uia salutis, etiamsi bona opera exercere uideatur, doleo  
ualde, perire uidens tot labores, et ad poenas aeternas uos a praesentibus  
aerumnis transituros.

#### *Oboedientiae necessitas et ordo*

8. Hoc autem quo indigetis, uera est oboedientia, qua Deus gaudet ma-  
gis quam omnibus simul oblati sibi sacrificiis; quod autem oboedientia uobis  
opus est, conabor ostendere. 9. Si enim uideritis praelatum uestrum uestro  
patriarchae resistentem et non oboedientem, sed et uos hortantem ut nil de  
patriarcha, licet orthodoxo, curetis, et ut sibi soli obaudiat uolentem, nonne,  
si abbati, haec uos monenti, oboedieritis, ut contumaces potius damnaremini

ὑμῖν παρανοοῦντι ὑπακούοντες ὡς παρήκοοι μᾶλλον ἢ κατεκριθῆτε ἢ ὡς  
 ὑπήκοοι ἐπηρεῖσθε; οὐκ ἂν μᾶλλον ἢ τοιαύτη ὑπακοή παρακοή ἐνομήσθη;  
 55 10. πάντως οὕτως· κατὰ γὰρ τὸν τοιοῦτον τρόπον οὐ μόνον τοῦ πατριάρχου  
 παρήκοοι, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκκλησίας ἦτε, καὶ ἀκολούθως καὶ τῷ τῶν σχισ-  
 ματικῶν ἀναθέματι ὑπεπέσετε ἂν καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐχωρίσθητε. 11. πρὸς  
 τὴν ἀληθῆ τοίνυν ὑπακοὴν τοῦτο ζητεῖται, τὸ πρῶτως καὶ προηγουμένως  
 τῷ ὑψηλοτάτῳ ἀρχοντι ὑπακούειν, καὶ μᾶλλον ἢ τῷ ἐλάττονι. 12. μᾶλλον  
 60 μὲν οὐδὲν οὐδαμῶς ὑπακουστέον κατὰ τοῦ μείζονος τῷ ἐλάττονι· ἄλλως  
 γὰρ τὴν τοιαύτην ὑποταγὴν παρακοὴν μᾶλλον καὶ ἀποστασίαν κλητέον  
 ἢ ὑπακοὴν, μάλιστα εἰ καὶ πρὸς τὴν Χριστιανικὴν θρησκείαν ἀναφέροιτο  
 ταῦτα, εἰ μόνον ὁ μείζων ἐκεῖνος προεστὼς ἀνὴρ εἴη ὀρθόδοξος καὶ συνέσει  
 κοσμοῦμενος. 13. κατὰ τοῦτον τοίνυν τὸν τρόπον ἐλέγχοι ἂν <τις> καὶ  
 65 ὑμᾶς ἐπὶ τοῦ πατριάρχου τοῦ ὑμετέρου, ὑποκειμένου τούτου ἔχειν ἕτερον  
 ὑπὲρ αὐτόν τε καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν παρὰ Θεοῦ καταστάντα, ᾧ  
 κατὰ τὸν θεῖον θεσμὸν ὑπακούειν πάντες ὀφείλουσιν. 14. εἰ γὰρ ὁ ὑμέτε-  
 ρος οὗτος πατριάρχης ἐκεῖνῳ τῷ μείζονι μὴ ὑπακούοι καὶ ὑμῖν παρανοή-  
 70 ταῖοι τῇ ἐκκλησίᾳ κριθήσονται καὶ ὡςπερ σχισματικοὶ κατακριθήσονται;  
 πάντως οὕτως· πάντα γὰρ ἐξ ὧν τοῦτο συνάγεται φανερά ἐστι καὶ δῆλα  
 καὶ παρ' ὑμῶν ἐξ ἀνάγκης συγχωρηθήσεται.

quam laudaremini ut oboedientes? Nonne talis oboedientia contumacia potius  
 putaretur? 10. Sic, utique. Quippe qui secundum talem modum non solum  
 patriarchae, sed etiam ecclesiae, rebelles foretis, consequenter etiam sub  
 anathema schismaticorum caderetis, et ab ecclesia separaremini. 11. Ad ueram  
 igitur oboedientiam hoc requiritur, scilicet primum et principaliter summo  
 praelato oboedire, et magis etiam quam minori. 12. Immo uero, nullo modo  
 oboediendum minori contra maiorem; alioquin talis oboedientia contumacia  
 potius et seditio uocanda est, maxime si et ad Christianam religionem re-  
 feratur, dummodo maior ille praelatus orthodoxus sit, et prudentia deco-  
 rus 13. Isto itaque modo uos quoque arguat quis de patriarcha uestro, sup-  
 posito istum habere alium, super eum et totam ecclesiam a Deo con-  
 stitutum, cui diuino iure debeant omnes oboedire. 14. Si enim uester ille  
 patriarcha non oboedierit, et uobis hoc idem suaserit, nonne omnes oboe-  
 dientes tali patriarchae rebelles iudicabuntur ecclesiae, et ut schismatici  
 damnabuntur? Sic omnino! Omnia quippe, unde haec colliguntur, manife-  
 sta sunt et clara, et a uobis oportet ut concedantur.

15. Οὕτω τοίνυν καὶ ὁ Χριστὸς ἀνθ' ἑαυτοῦ κατέστησε τὸν μακάριον Πέτρον καθολικὸν τῆς ἐκκλησίας ποιμένα καὶ προεστῶτα, ἵνα ταύτην ἀντ' ἐκείνου ποιμαίῃ καὶ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένη ταύτης ἐπιμελήται, ὡς 75 ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον Ἐδαγγελίῳ ἀναγνώσκομεν, ὅπου τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ ὁ Χριστὸς ἀπεκρίνατο εἰπόντι αὐτῷ « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ », « Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι Ἄιδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς ἔσται δεδε- 80 μένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς ». 16. ἐκ τοῦ ῥητοῦ τοίνυν τούτου δυνατὸν διχῶς ὁ σκοποῦμεν ἀποδειχθῆναι· πρῶτον ὅτι τοῦτον κατέστησε τῆς ἐκκλησίας θεμέλιον ὁ Χριστὸς, ᾧ προσήκει τὴν τῆς ὅλης ἐκκλησίας ἀνάγειν οἰκοδομίην. τοῦτο δ' ἂν ἦν ἀδύνατον, μὴ καὶ ἐξουσίας ἐπὶ πάντα τὰ τῆς ἐκκλησίας μέλη 85 δοθείσης αὐτῷ. 17. δεύτερον, ὅτι καὶ αἱ κλεῖς τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἐκεῖνῳ δίδονται πρὸς τε τὸ δεσμεῖν καὶ λύειν ὅπερ ἂν θέλῃ καὶ ὅπερ ἂν κρινῇ δεσμοῦ καὶ λύσεως ἄξιον ἐν τῇ γῆ τοῦτο κύριον εἶναι καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τοῦτο ἀπροσδιορίστως καὶ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένη. ὅπερ οὐδενὶ ἐτέρῳ τῶν ἀποστόλων δίδεται. 18. ὅθεν ὁ πάσης αἰδοῦς ἄξιος ὁμῶν τε καὶ 90 ἡμῶν διδάσκαλος, ὁ Χρυσόστομος Ἰωάννης, τὸ μνημονευθὲν ῥητὸν ἐξηγοῦ-

### De primatu Petri

15. Sic itaque et Christus pro se constituit beatum Petrum uniuersalem ecclesiae pastorem et praelatum, ut eam sua uice pasceret, et in orbe toto curam eius gereret, sicut legitur in Euangelio secundum Matthaeum, ubi Christus beato Petro, dicenti « Tu es Christus filius Dei », respondit: « tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauas regni caelorum, et quodcumque ligaueris super terram erit ligatum in caelis, et quodcumque solueris super terram erit solutum in caelis ». 16. Ex hoc itaque dicto illud quod quaerimus dupliciter potest demonstrari; primo, quod illum ecclesiae fundamentum posuit Christus, cui sustinere competit aedificium uniuersalis ecclesiae; hoc autem esset impossibile si non potestas quoque data esset illi super omnia membra ecclesiae. 17. Secundo, quod etiam clauas regni caelorum dantur illi, ad ligandum et soluendum quodcumque uoluerit, et ut, quod ligatu et solutu dignum iudicauerit in terra, hoc ratum sit et in caelo. Et hoc sine modo, in orbe toto, quod nulli alii apostolorum datur. 18. Unde et uester ac noster ille omni ueneratione dignus doctor, Ioannes Chrysostomus, memoratum exponens dictum ait: « Filius quae Patris est et

μενος, φησίν. « Ὁ υἱὸς τῆν τοῦ πατρὸς καὶ ἑαυτοῦ ἐξουσίαν τῷ Πέτρῳ  
 δέδωκεν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ ἀνθρώπων θνητῶ πάντων τῶν ἐν τῇ γῆ  
 καὶ τῷ οὐρανῷ ἐξουσίαν παρέσχετο, δὸς αὐτῷ | τὰς κλεῖς ἵνα πανταχόσε f. 1  
 95 τῆν ἐκκλησίαν ἐκτείνῃ ». 19. πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν ἄλλοις φησίν· « Τὸν Ἰάκωβον  
 ἐν ἐνὶ τόπῳ ἰδρόσατο, τὸν δὲ Πέτρον διδάσκαλον πάσῃ τῇ οἰκουμένη κατεστή-  
 σατο καὶ ποιμένα ». 20. καὶ ἐκ τρίτων δὲ τὸ αὐτὸ δειχθήσεται ἐκ τῶν παρὰ τοῦ  
 Λουκᾶ εἰρημένων· καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς ἐκεῖ, τοῦ πάθους αὐτοῦ πλησιάζοντος,  
 τῷ Πέτρῳ φησίν· « Ἐγώ, Σίμων, ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ  
 100 πίστις σου. καὶ σὺ ποτε ἐπιστραφεὶς στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου ». 21. εἰ  
 τοίνυν κατὰ τὴν δεδομένην αὐτῷ τάξιν τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ προσήκειν ἐν  
 τῇ πίστει τοὺς ἄλλους ἀποστόλους στηρίζειν, εἶχεν ἄρα τινα ἐπ' αὐτοὺς  
 ἐξουσίαν. ᾧ γὰρ ἐκ τοῦ σχήματος τοὺς ἄλλους στηρίζειν προσήκει, δῆλον  
 ὡς ἀνάγκη τοῦτον καὶ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τοὺς στηριζομένους. 22. ἄλλως  
 105 γὰρ οὐκ ἂν ὀφείλοιν ὑπακούειν ἐκείνῳ, καὶ οὕτως ἐκεῖνος οὐκ ἂν ἐδύνατο  
 πρὸς τὴν ἐνότητα τῆς πίστεως αὐτοὺς συναλαύνειν, ὅπερ ἂν ἦν ἀποπῶν  
 παντελῶς. 23. καὶ οὐκ ἂν ἔχοι λόγον εἰ τις πρὸς τοῦτο λέγοι μὴ δεῖσθαι  
 τοὺς ἄλλους ἀποστόλους παρὰ τοῦ Πέτρον στηρίζεσθαι· εἰ γὰρ καὶ μὴ ἐν  
 110 στηριχθῆναι ὡς ἐπήξαντο, ἐπεὶ πᾶσαι τῆς ἀληθείας ἐξετερότησαν αἱ μὴ ἐν

ipsius Filii potestatem Petro ubique terrarum concessit, et homini mortali omnium quae in caelo sunt dedit auctoritatem, dando eidem claves ad hoc ut ecclesiam ubique terrarum amplifcet ». 19. Item idem alibi dicit: « Iacobum localiter in loco terminat, Petrum autem totius orbis ordinat magistrum et doctorem ». 20. Et tertio idem ostendetur ex dictis apud Lucam. Christus enim, appropinquante passione dicit: « Simon, rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos ». 21. Itaque, si, secundum ordinem ei datum, beato Petro competit in fide alios apostolos confirmare, habuit profecto in illos auctoritatem. Cui enim ex dignitate competit alios confirmare, manifestum est illum necessario etiam potestatem habere in confirmandos. 22. Secus enim non deberent oboedire illi, et sic non posset eos compellere ad unitatem fidei, quod omnino foret absurdum. 23. Neque ualeret si quis ad hoc diceret alios apostolos non indiguisse ut a Petro confirmarentur. Si enim in semetipsis hoc non indigebant, tamen in ecclesiis ipsorum confirmatione opus erat, quas con siderant, quia illae omnes a ueritate declinauerunt, quae non in petra fidei beati Petri solidatae

92-97 Non ex ipso Chrysostomo hausit haec noster, sed ex opusculo Thomae Aquinatis Contra errores Graecorum, cap. 33 (cf. epistulam Iacobi Praedicatoris ad Andronicum Palaeologum, Arch. FF. Praed. 29 [1959] 82). Propterea in Latino uerba Thomae reposui ad litteram. 98 Luc. XXII 32.

τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως τοῦ μακαρίου Πέτρον βεβαιωθεῖσαι. 24. ἀλλὰ καὶ τέταρτον αὐτὸ τοῦτο δηλοῦται ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Ἐδαγγελίῳ, ἔνθα ἀναγινώσκομεν τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀνάστασιν ἀναθεῖναι τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ ἰδίως τὴν ποιμαντικὴν τῶν ἑαυτοῦ προβάτων φροντίδα καὶ τὴν τῶν πιστῶν, εἰπὼν αὐτῷ τρεῖς· « Ποίμαυε τὰ πρόβάτά μου καὶ τὰ ἀρνία μου ». 25. καὶ ἵνα μὴ τις εἴπῃ κοινῶς πρὸς πάντας τοὺς ἀποστόλους τοῦτον εἰρηῆσθαι τὸν λόγον, τρεῖς ὁ Χριστὸς τὸ ὄνομα καὶ τὸ ἐπώνυμον παρέθηκε λέγων· « Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με »; ἵνα ὁ Χριστὸς διὰ τοῦτου δηλώσῃ ἰδίως παρὰ τοὺς ἄλλους αὐτῷ ἐπιθεῖναι τὴν καθολικὴν τῆς ποιμαντικῆς φροντίδα τε καὶ ὑπηρεσίαν.

26. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεὺς διάδοχός ἐστι τῆς ἀξίας καὶ τῆς ὑπηρεσίας τοῦ μακαρίου Πέτρον, ἐπεταί μέγιστον αὐτὸν εἶναι τῶν ἐν πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπισκόπων, ἔχειν τε ἕξουσιν ἐπὶ τε τὸν ὑμέτερον πατριάρχην καὶ πάντας τοὺς ἄλλους Χριστιανούς. 27. εἰ τοίνυν ὁ ὑμέτερος πατριάρχης βούλοιο ἑαυτῷ μὲν τηρεῖσθαι παρ' ὑμῶν τὴν ὑπακοήν, τοῦ δὲ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου μηδ' ὄλωσ φροντίζειν, πῶς ἂν ἐν τούτῳ τὰ δίκαια ποιῶντες αὐτῷ ὑπακούοιτε; 28. οὐχ ὁρᾶτε ὡς ταῦτα ποιῶν οὐ καλός ἐστι ποιμὴν, ἀλλὰ τις κλέπτης καὶ ἀρπαξ, τὴν μὴ προσήκουσαν αὐτῷ τιμὴν ἀρπάξων; πῶς τοίνυν τὰ τοῦ Χριστοῦ πρόβατα οὕτως ἕξουσιν ἀναισθήτως, ὡς τῷ ληστῇ καὶ λύκῳ ἀντὶ ποιμένος ἀκολουθεῖν, εἰς τὸν αἰώνιον θάνατον

erant. 24. Sed et quarto manifestatur hoc idem in Euangelio secundum Ioannem, ubi legimus Christum, post suam resurrectionem, beato Petro specialiter commisisse pastorem suorum ouium curam et fidelium, ter ei dicendo: « Pasce oues meas et agnos meos ». 25. Et ne quis diceret sermonem istum communiter dictum esse ad omnes apostolos, ter Christus apposuit nomen et cognomen, dicens: « Simon Ionae, amas me? », ut Christus per hoc declararet se specialiter ipsi prae aliis uniuersalem pascendi curam et officium commisisse.

#### *De primatu Romano*

26. Cum itaque Romanus pontifex successor sit beati Petri, et in dignitate et in officio, sequitur ipsum esse summum in ecclesia episcopum, et auctoritatem habere in patriarcham uestrum et in omnes alios Christianos. 27. Si ergo patriarcha uester uelit sibi quidem a uobis oboedientiam seruari, sed Romani pontificis nullam haberi rationem, quomodo tunc, recte agendo, ipsi oboediatis? 28. Nonne uidetis quod ista faciendo non est pastor bonus, sed fur quis et latro, qui non competentem sibi rapiat honorem? Qui ergo Christi oues adeo sint insensibiles, ut pro pastore sequantur latronem et lupum, ad aeternam mortem eas cogentem? Dicit enim Sal-

αὐτὰ συναλαμβάνοντι; ὁ γὰρ Σωτὴρ ἀποφαίνεται τὸν κλέπτην οὐκ ἔρχεσθαι εἰς τὸ ποίμνιον, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ καὶ ἀπολέσῃ τὰ πρόβατα. 29. εἰ γὰρ οἱ συναγωνιζόμενοι τῷ σχίζοντι ἐνός μοναστηρίου συναγωγὴν ἔνοχοί εἰσιν αἰωνίου θανάτου, πῶς ἂν σωθεῖεν οἱ συντιθέμενοι τῷ σχίσματι ποιοῦντι  
 135 τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἄλλα χωρίζοντι μέλη ἀπὸ τοῦ σώματος, ὅθεν ἡ πνευματικὴ ζωὴ τούτοις χορηγεῖται; 30. οὐκ ἀναίσθητα καὶ νεκρὰ δόξουσιν ἐκεῖνα εἶναι τὰ μέλη, ἐμμένειν αἰρούμενα τῷ σχίσματι τούτῳ, καὶ τὸν ἐντεῦθεν ἐπακολουθοῦντα αἰώνιον θάνατον οὐ σκοποῦντα, καὶ τὴν μὲν ἐσχάτην ταύτην ἀπόνοιαν κατανοεῖν παραιτούμενα, πάσης δὲ  
 140 πνευματικῆς θεραπείας καταφρονοῦντα; 31. εἰ τοίνυν μέχρι θανάτου ἐμμένειν αἰρεῖσθε τῷ σχίσματι τούτῳ, μὴ θαρρεῖτε ταῖς νηστεῖαις ὑμῶν καὶ ταῖς προσευχαῖς ἢ ταῖς καλαῖς ἀγαθοεργίαις ὑμῶν βεβαίως γὰρ οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελήσουσιν, ἐφ' ὅσον ἐν ταύτῃ τῇ διαιρέσει καὶ τῇ ἀποστασίᾳ μένετε κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, ἣ πᾶσαν ὑπακοὴν καὶ τιμὴν ὀφείλετε,  
 145 οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνων δικαιομάτων ἢ πολιτικῶν νόμων ἢ καθολικῆς τινος συνόδου δυνάμει, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ θεσμοῦ καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐξουσίας προηγουμένως τε καὶ ἀμέσως τὴν ὑπεροχὴν λαβούσῃ.

32. Ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ τᾶναντία πειθοντες ὑμᾶς σχισματικοὶ εἰσι καὶ αἰρετικοί· δεόν γὰρ ὑμᾶς γινώσκειν ὅτι τὰ ταχθέντα κατὰ τὸν θεῖον θεσμόν  
 150 ὑπὸ τινος ἀνθρωπίνης συνόδου μεταβληθῆναι ἀδύνατον, ἀδύνατόν τε παν-

uator furem non uenire ad gregem, nisi ut furetur et mactet et perdat oues. 29. Etenim si concertantes scindenti conuentum unius monasterii rei sunt mortis, quomodo salui fient consentientes facienti schisma in ecclesia uniuersali, ac semetipsum aliaque membra separanti a corpore unde ipsis uita spiritalis largitur? 30. Nonne insensibilia et mortua uidébuntur esse membra illa, cum elegerint in isto manere schismate, nec sequentem inde prospiciant mortem aeternam, et noluerint intelligere supinam istam amentiam, atque respuerint omnem medelam spiritalem? 31. Itaque, si ad mortem usque manere uolueritis in isto schismate, nolite confidere in ieiuniis uestris et orationibus et honestis bonisque uestris operibus. Nihil certo uobis proderunt, dum manetis in ista diuisione, et seditione contra Romanam ecclesiam, cum omnem oboedientiam et honorem debetis, quia non humano iure, nec ui legum ciuiliū aut alicuius concilii uniuersalis, sed iure diuino et auctoritate Christi, principaliter et immediate, suam obtinet excellentiam.

*Primatus in ecclesia nec auferri Roma nec alio transferri potest*

32. Sed et omnes his contraria uobis persuadentes schismatici sunt et haeretici. Sciendum enim uobis est quod ordinata iure diuino non possunt immutari ab aliqua humana synodo, et quod contrarium nullo modo recipi

τελῶς τοῦναντίον παραδεχθῆναι. 33. ὅθεν ὥσπερ οὐδεμία σύνοδος ἢ ἐξουσία ἀρχιερέως τινός δύναται ποιῆσαι ἢ τάξαι ὥστε μηδενὶ ἀναγκαῖον εἶναι τὸ βάπτισμα, ἢ πρὸς τὴν ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μετάνοιαν μὴ ἀναγκαῖαν τὴν ἐξομολόγησιν εἶναι, ἢ μετανοίας χωρὶς δυνατὸν εἶναι συγγνώμης τυχεῖν ἐφ' οἷς ἡμαρτεν, οὕτως ἀδύνατον ποιῆσαι ἢ ἐνδοῦναι τινα μὴ ὀφείλειν τινὰ ἐξ ἀνάγκης ὑπακούειν τῇ τῆς Ῥώμης ἐκκλησίᾳ, διὰ τὸ τὴν ὑπακοὴν ταύτην ἀμέσως ὑπὸ τῆς θείας διατάξεως ταύτῃ δοθῆναι, ὡς δέδεικται διὰ τῶν προειρημένων· οὐδὲν δὲ ἦττον καὶ ἐν τῇ πρώτῃ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ τοῦτο δείκνυται διαρρηθῆναι. 34. μὴ τοίνυν τοῖς λόγοις τοῦ ψεύδους θαρρεῖτε, λέγοντες τὸν μὲν ὑμέτερον πατριάρχην τοῦ Χριστοῦ καθολικὸν εἶναι βικάριον, τὸν δὲ πάπαν καθολικῇ συνόδῳ καθαιρεθῆναι· ἐκάτερον γὰρ τούτων οὐ ψεῦδος μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰρετικὸν πάντως ἐστίν· ἀδύνατον γὰρ ἐπίσκοπον καθαιρεθῆναι μὴ ὑπὸ τοῦ μείζονος αὐτοῦ, παρ' οὗ καὶ χειροτονηθῆναι δύναται. 35. ὁ τοίνυν μηδένα ἑαυτοῦ ὑψηλότερον ἔχων πλὴν τοῦ Χριστοῦ παρ' οὗ κεχειροτόνηται, παρ' οὐδενός ἄλλον πλὴν τοῦ Χριστοῦ καθαιρεθῆναι δύναται, εἰ μὴ πού τις αὐτὸν ἀποκτείνει, ὥσπερ καὶ πολλοὶ πάπαι γεγόνασι μάρτυρες, ἢ εἴ τις γέγονε προδήλως αἰρετικὸς, ἐμμένων τῇ αἵρέσει. 36. τότε γὰρ ὅπερ ἂν περὶ νεκροῦ τοῦτο ἔδει καὶ περὶ ἐκείνου πραχθῆναι, καὶ σύνοδον κατ' αὐτοῦ συναχθῆναι, ἀποφαινομένην

potest. 33. Unde, sicut nulla synodus nec ullius episcopi auctoritas facere potest aut ordinare, ut aliquis non indigeat baptisate, aut ut non sit necessaria confessio ad poenitentiam de peccatis agendam, aut ut quis possit absque poenitentia consequi remissionem delictorum, ita etiam impossibile est ut faciat aut concedat aliquis episcopus, ne quis debeat parere necessario Ecclesiae Romanae, cum haec oboedientia data sit ei ordinatione diuina immediate, ut in praedictis ostensum est. Et nihilominus in primo etiam Nicaeno concilio hoc idem expresse ostenditur. 34. Nolite igitur confidere in uerbis mendacii, dicentes patriarcham uestrum esse uicarium Christi uniuersalem, papam uero depositum esse a generali concilio. Horum enim utrumque non solum falsum est, sed plane haeticum. Episcopus enim deponi non potest nisi a maiore sibi, a quo et ordinari potest. 35. Ille igitur qui nullum se altioem habet praeter Christum a quo ordinatus est, a nemine alio praeter Christum deponi potest, nisi quis eum occidat, prout multi papae martyres facti sunt, aut si quis manifeste factus sit haeticus, perseuerans in haeresi. 36. Tunc enim quod circa mortuum, hoc idem deberet fieri et circa illum, et, concilio con-

159 Canon iste Nicaeno concilio tribuitur in Collectione canonum, auctore Deusdedit cardinali, IV cxlvi (xciii), ed. V. Wolf von Glanvell, Paderborn, 1905, p. 478. Sed Ioannes uix ex isto fonte hauserit.

170 αὐτὸν τῇ τοῦ Χριστοῦ ψήφῳ καθαιρέσεως ἄξιον εἶναι καὶ κατακεκοιμένον, καὶ ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ ἐν τῷ αὐτοῦ θρόνῳ καὶ τῇ ὑπηρεσίᾳ δεῖν αἰρεθῆναι· ὥστε καὶ τούτου συμβάντος οὕτω ἐπιτεταί εἰς ἀνάγκης τὸ τὴν ἐξουσίαν ἐκείνου ἐπὶ τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον μεταβῆναι.

37. Εἰ δέ τις λέγοι τὸν τῆς Ῥώμης ἀρχιερέα μετὰ πάσης τῆς τῶν  
 175 Λατίνων ἐκκλησίας αἰρετικὸν εἶναι, ἴστω ὁ τοιοῦτος ψεύστην ποιῶν τὸν Χριστόν, ὑπισχνούμενον μὴ ἐκλείψει τὴν πίστιν τοῦ Πέτρου· ἀλλὰ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐξέλιπε. καὶ οὕτως ἐφρεύσατο μὲν ὁ Χριστός, ἠπάτησε δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν. 38. ἐπιτεταί δὲ καὶ τὸ λῆαν ἀσθενῶς καὶ σοφίας χωρὶς τὸν Χριστόν ποιμαίνειν τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν· οὐδεὶς γὰρ τοῦ λοιποῦ  
 180 δυνήσεται | γνῶναι τίνοι τῶν ἐκκλησιῶν δεῖ πιστεῦεν καὶ τίνος δεῖ πίστιν φ. 11 κατέχειν. 39. εἰ γὰρ ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία, δι' ἧς αἰεὶ ἐστηρίχθησαν αἱ λοιπαὶ ἐκκλησίαι καὶ τῆς πίστεως ἀποπλανηθεῖσαι πρὸς αὐτὴν ἐπανήχθησαν, αὕτη τῆς πίστεως ἐκπέπτωκε, πῶς εἰκὸς ταῖς ἄλλαις ἐκκλησίαις πιστεῦεν, τοσαυτάκις τῆς πίστεως ἐκπεσοῦσαι; 40. καὶ εἰ μὴ δεοὶ πισ-  
 185 τεῦεν τῇ τὰς ἄλλας ἐκκλησίας ἐπανακαλεσαμένη τῶν αἰρέσεων, πῶς οὐχ ὑποπτος τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης ἢ κρίσις, τῆς τοσαυτάκις τὴν πίστιν καταλιπούσης, ὃ μάλιστα ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησία δοκεῖ πεπονθῆναι, πολλάκις μὲν ὑπ' Ἀρειανῶν, πολλάκις δὲ ὑπὸ Μακεδονιανῶν, ἄλλοτε δὲ ὑπὸ Νεστοριανῶν, Εὐδονχικανῶν, Εἰκονομάχων καὶ πολλῶν ἄλλων κα-

tra eum congregato, declarari eum Christi iudicio depositione dignum esse et damnatum, aliumque pro eo in eius cathedra et officio eligendum esse. Itaque, etiamsi hoc acciderit, non sequitur necessario ut auctoritas illius in episcopum Constantinopolitanum transeat.

*De infallibilitate ecclesiae Romanae et de Graecorum schismate*

37. Tamen, si quis dicat Romanum pontificem cum tota Latinorum ecclesia haeticum esse, sciat iste se Christum mendacem facere, promittentem non defecturam esse fidem Petri; sed isto modo defecisset, et sic Christus mentitus esset et ecclesiam suam fefellisset. 38. Sequitur etiam Christum infirmiter ualde et absque sapientia ecclesiam suam pascere; nemo enim de cetero posset scire cui ecclesiae credere debeat, cuiusque fidem tenere. 39. Si enim ecclesia Romana, per quam semper confirmatae sunt reliquae ecclesiae et ad fidem a qua declinauerant reductae, si ista fide decidisset, quomodo recte crederetur aliis ecclesiis, quae toties fide deciderunt? 40. Et si credendum non est illi, quae alias ecclesias ab haeresibus reuocauit, qui non suspectum sit illius ecclesiae iudicium quae toties fidem deseruit, quod maxime Constantinopolitana ecclesia passa esse uidetur, saepe quidem ab Arianis, saepe a Macedonianis, deinde a Nestorianis, ab Eutychianis, ab Iconomachis, aliisque multis

τασχεθεῖσα, καὶ ταῖς ἐκείνων αἰρέσεσι μολυνθεῖσα; 41. ἔτι καὶ ὑπὸ τῶν 190  
 Φωτιανῶν, φεῦ, τυραννεῖται, τῶν τοῦ καταράτου Φωτίου ζηλωτῶν πῶς  
 τοῖνν πιστευτέον ἐκείνη τῇ ἐκκλησίᾳ, τῇ παντελῶς ἐκείνον μισησαμένη ὃν  
 δικαιοτάτα πάλιν αὐτὴ κατέκρινε καὶ ἀνεθεμάτισεν, ὃ δηλοῦται τοῖς Πρακτι-  
 κοῖς τῆς καθολικῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ὀγδόης συνόδου, συγκροτη-  
 θεῖσης ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ πάπα Ἀδριανοῦ καὶ Βασιλείου βασιλέως, καὶ 195  
 τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου, Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχου, ὃν ὁ εἰρημένος  
 Φώτιος τοῦ θρόνου ἐξῶσε καὶ τούτῳ ἀναιδῶς ἐπεπήδησε; 42. ταῦτα οὔτε  
 δυνατὸν οὔτε δίκαιον ὑμᾶς ἀρνήσασθαι· τὰς γὰρ πράξεις τῆς εἰρημένης  
 συνόδου ἀκεραίας ἔστιν ἀναγνῶναι καὶ ἐν τῷ Λατινικῷ καὶ ἐν τῷ Ἑλληνικῷ·  
 ὅθεν τὸ τὴν εἰρημένην ἀρνήσασθαι σύνοδον οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ φεῦγειν 200  
 τὴν τῆς ἀληθείας ὁδόν, δι' ἧς ἡ τῶν Γρεκῶν ἐλέγχεται καὶ ἀλίσκεται  
 πλάνη.

43. Ἄλλ' ὅμως ἡ εἰρημένη τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησία ἐπιεταί 205  
 τῷ σχισματικῷ Φωτίῳ κατ' ἐκείνην τὴν αἴρεσιν δι' ἣν τοῦτον κατέκρινεν·  
 δ καὶ θαυμάσειεν ἂν τις, ὅτι τοῦ μὲν ὑπ' αὐτῆς ἐκβεβλημένον τὰ δόγ-  
 ματα καλῶς ἔχειν φησί, τοὺς δ' ἄλλους ἁγίους οὐδὲ δικαίως τιμᾶ καὶ  
 ἐορτάζει, τούτους οὐ βούλεται μιμεῖσθαι, τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον δηλονότι  
 τὸν Κύριλλον, τὸν Ναζιανζηνὸν Γρηγόριον καὶ τὸν Νύσσης, τὸν Χρυσόστο-  
 μον Ἰωάννην καὶ τὸν ἅγιον Ἰγνατίον, οἳ πάντες τὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλη-  
 σίας πίστιν κατεῖχον, καὶ ταύτῃ μετὰ πλείστης εὐλαβείας ὑπήκουον. 210  
 44. τοῦτο δὲ καὶ φανεροῖς λόγοις δείκνυται· πρὸ γὰρ τῆς ἐσχάτης ταύτης

occupata, et eorum haeresibus inquinata? 41. Adhuc etiam Photianorum,  
 proh dolor, subdita est tyrannidi, maledicti Photii assecularum. Quomodo igitur  
 credendum est isti ecclesiae, illum prorsus imitatae quem ipsa iustissime  
 damnauerat et anathematizauerat, prout declaratur in Actis octauī concilii  
 generalis Constantinopolitani, congregati tempore Hadriani papae et Basilii  
 imperatoris et sancti Ignatii, patriarchae Constantinopolitani, quem prae-  
 dictus Photius sede pepulit cuique impudice insultauit? 42. Hoc negari neque  
 potest neque iustum est. Acta quippe concilii praedicti sincera et Latine  
 leguntur et Graece. Unde praedictum concilium respuere nihil aliud est quam  
 fugere uiam ueritatis, per quam Graecorum arguitur et reuincitur error.  
 43. Attamen ecclesia Constantinopolitana praedicta sequitur Photium schi-  
 smaticum in illa haeresi propter quam eum damnauerat. De quo quis  
 miretur, cum eius quem eiecerat dogmata probet, alios autem sanctos,  
 quos merito honorat et colit imitari nolit, sanctum uidelicet Athanasium  
 et Cyrillum, et Nazianzenum atque Nyssenum Gregorios, et Ioannem Chry-  
 sostomum, et sanctum Ignatium, qui omnes fidem ecclesiae Romanae ser-  
 uauerunt eique summa cum reuerentia oboediebant. 44. Et hoc ostenditur  
 euidentiū rationibus. Etenim ante istam ultimam scissionem ecclesia Con-

διαίρεσεως δεκάκις ἢ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησία τῆς Ῥωμαϊκῆς  
 διεσχίσθη, καὶ δεκάκις πάλιν ἠνώθη. 45. « ἐρωτήσατε τοίνυν τοὺς πατέ-  
 ρας ὑμῶν καὶ ἀναγγελοῦσι, τοὺς πρεσβυτέρους ὑμῶν καὶ ἐροῦσιν », ὅτε  
 215 συνέβανεν ἢ τῶν ἐκκλησιῶν διαίρεσις, εἴ τις ὦν τιμᾶτε ἁγίων τὴν Ῥωμαϊ-  
 κὴν ἐκκλησίαν κατέλιπε καὶ ὑμᾶς μὴ δεῖν ὑπακοῦεν ἐκείνῃ παρήρσεν. f. II  
 46. ἀλλὰ βεβαίως πιστεύω ὡς οὐχ ἐδρῆσατε τοῦτο ἐν τισὶ χρονικοῖς ἢ ἱστο-  
 ρίαις ἀξιόπιστοις· μᾶλλον μὲν οὖν ζητοῦντες ἐδρῆσατε, ὡς δόκιμος διαίρε-  
 θῆναι τὴν ἐκκλησίαν συνέβη παρὰ τῶν αἰρετικῶν καὶ τῶν σχισματικῶν  
 220 τοῦτο γέγονεν, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα βδελύττεσθε. 47. ὄφελον δὲ καὶ τὰς  
 πράξεις αὐτῶν καὶ τὰ ἔθη ὁμοίως ἐμισεῖτε, ἀλλ' οὐ μᾶλλον πρὸ τῶν ἄλλων  
 ἠρεῖσθε. καὶ τίς ἢ τοσαύτη τυφλότης ἢ ἄνοια, δι' ἣν τῶν ὑφ' ὑμῶν τιμω-  
 μένων ἁγίων τὴν ὑπακοὴν οὐ θέλετε μιμεῖσθαι, οὐδὲ κατακρίνετε ὡς  
 σχισματικὸς καὶ αἰρετικὸς, τούτοις διὰ τῆς παρακοῆς ἀκολουθεῖν αἰ-  
 225 ρεῖσθε πρὸς τὸν αἰώνιον θάνατον;

48. Μὴ τοίνυν τῷ σχήματι τῆς μοναχικῆς τάξεως ὅπερ ἐνδέδυσθε  
 θαρρεῖτε, μήτε ταῖς κανονικαῖς παρατηρήσεσιν, ἃς ἀκριβῶς οὕτως τη-  
 ρεῖτε· ἐφ' ὅσον γὰρ οὕτως ἔχετε οὐδὲν ὑμᾶς ταῦτα πρὸς τὸ τυχεῖν τῆς  
 αἰωνίου ζωῆς ὠφελήσει. 49. οὐ διὰ τοῦτο ὁ Σαουλ ἐξώσθη τῆς βασιλείας,  
 230 ὅτι τὴν τῆς ὑπακοῆς θυσίαν ἠτίμασεν, ἢν αὐτὸν ὁ Σαμουὴλ ἐκέλευσε προσ-

stantinopolitana decies a Romana scissa est et decies reconiuncta. 45. Prop-  
 terea « interrogate patres uestros et annuntiabunt uobis, maiores uestros et  
 dicent », quando ecclesiarum scissio accidebat, num quis sanctorum quos colitis  
 Romanam deseruerit ecclesiam, uobisque suaserit illi oboediendum non  
 esse? 46. Sed firmiter credo quod non inuenietis hoc in chronicis aut fide dignis  
 historiis. Immo potius quaerentes inuenietis, quoties contigit ecclesiam scindi,  
 hoc ab haereticis et schismaticis factum esse, quorum nomina abominamini.  
 47. Et utinam etiam actus eorum et mores similiter odissetis, nec potius  
 aliorum actibus moribusque praeferretis. Et quaenam est haec tanta caecitas  
 uel amentia, propter quam sanctorum a uobis cultorum oboedientiam imitari  
 non uultis, quos autem ut schismaticos et haereticos damnatis illos per con-  
 tumaciam sequi eligitis ad mortem aeternam?

#### *De malitia schismatis*

48. Nolite igitur confidere in habitu monastici ordinis quo induti estis,  
 neque in obseruantis regularibus quas tam exacte seruatis. Donec enim isto  
 modo uos habebitis, nihil uos ista iuuabunt ad obtinendam uitam aeternam.  
 49. Nonne Saul propterea regno pulsus est, quia sacrificium oboedientiae  
 uili pendit, quod Samuel eum Deo iusserat offerre? Dicit enim ipse: « Incen-

ενεγκεῖν Θεῷ; φησὶ γὰρ αὐτὸς « Θυμίαμα βδέλυγμά μοι ἔστι, καὶ ὅταν ἐκτείνητε τὰς χεῖρας ὑμῶν οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν » ὡς φησιν Ἡσαίας. 50. οὐ τὰς νηστείας δέδοικεν ὁ διάβολος οὐδὲ τὰς ἐγκρατείας ὑμῶν· αὐτὸς γὰρ οὐδέποτε οὐδὲν ἐσθίει· οὐδὲ τὰς ἀγρυπνίας· οὐδέποτε γὰρ καθεύδει· οὐδὲ τοὺς κόπους· οὐδέποτε γὰρ ἤρεμί, ἀλλ' ἐν μόνον φοβεῖται, ὅπερ <sup>235</sup> ὑμῖν οὐ πάρεστι. τί τοῦτο; τὴν ἀληθῆ ταπεινοφροσύνην καὶ τὴν ἀγάπην. 51. ἀληθὲς δ' ἔστι τὴν διαίρεσιν ταύτην ἐξ ὑπερηφανίας τῶν σχισματικῶν σχεῖν τὴν ἀρχήν, ἀνανευόντων ὑποταγῆναι τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ, ὧν τῇ ὑπερηφανίᾳ συντίθεσθε καὶ ὑμεῖς καὶ κοινωνεῖτε, ἐφ' ὅσον τῷ σχίσματι τούτῳ βούλεσθε ἐμμένειν, καίτοι γε εἰδότες διὰ τῆς ὑπερηφανίας ταύτης <sup>240</sup> τὸν τε πρῶτον ἄγγελον τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸν πρῶτον ἀνθρώπον τοῦ ἐπιγείου παραδείσου ἐκπεπωκότας. 52. τοῦτο τοῖνυν ὑμᾶς δεῖ φοβεῖσθαι, μεμνημένους τοῦ Ἀποστόλου, λέγοντος ὡς οὐχ οἱ ποιοῦντες μόνον τὰ κακά, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσοσι θανάτου εἰσὶν ἄξιοι. 53. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος λέγει « Ἐὰν ἔχω πίστιν ὥστε ὄρη <sup>245</sup> μεθιστάνειν, καὶ τὰ ὑπάρχοντά μου ψωμίσω, καὶ τὸ σῶμά μου παραδῶ ἵνα κauhῶ » — ὑπομείνας δῆλον ὅτι μαρτύριον — « ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελεῖμαι », ἀλλὰ τὸ ὄλον ἀπόλλυμι. 54. φανερόν δὲ ταύτης τῆς ἀγάπης τοὺς σχισματικούς ἐστερηθῆναι, τῆς τοὺς πιστοὺς πάντας ἐνούσης καὶ ποιούσης αὐτοὺς μίαν καρδίαν καὶ ψυχὴν μίαν ἔχειν ἐν τῷ Θεῷ· τὸ <sup>250</sup>

sum abominatio est mihi... et cum extenderitis manus uestras... non exaudiam uos », sicut dicit Isaias. 50. Non ieiunium timet diabolus neque abstinentias uestras. Ipse enim nunquam comedit; neque uigilias; nunquam enim dormit; neque labores; nunquam enim quiescit. Sed unum solum timet, quod uobis non est. Quid hoc? Veram humilitatem animi atque dilectionem. 51. Et uerum est scissionem istam a superbia schismaticorum ortum habuisse, subdi renuentium ecclesiae Romanae; quorum superbiae consentitis etiam uos et communicatis, tamdiu quam in isto schismate permanere uultis, licet sciatis propter istam superbiam primum hominem paradiso terrestri excidisse. 52. Hoc itaque timere debetis, memores dicti Apostolici, quoniam non solum qui mala faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, digni sunt morte. 53. Item idem Apostolus dicit: « si habuero... fidem, ita ut montes transferam... et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ut ardeam — martyrium scilicet patiendo — charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest », sed omnia perdididi. 54. Manifestum autem est schismaticos ista dilectione carere, quae omnes fideles coniungit et facit eos habere cor unum et animam unam in Deo. Schisma autem unitati opponitur,

σχίσμα δὲ τῇ ἐνότητι ἐναντίον, καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς εἰς τὸν θεῖον νόμον ἀνήκουσιν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ παρόντος.

55. Συμπεραίνωμεν τοίνυν ὡς πάντας τοὺς ὑμετέροους πόρους ἀπόλ-  
 λωτε, διαμέροντες ἐν τούτῳ τῷ σχίσματι, καὶ | πρὸς τὸν αἰώνιον ἐπέγχετε f. 11  
 255 θάνατον. καὶ μάρτυς ὁ μακάριος Ἀδγουστίνος, ὁ γεννηθεὶς μὲν ἐν Καρχη-  
 δόνι, ἐπίσκοπος δὲ γεγονὼς Ἰππῶνος, ἐν τῷ πρὸς Πέτρον περὶ πίστεως  
 βιβλίῳ, « Βεβαίως » λέγων « κάτεχε, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον ἀμφίβαλλε  
 μηδένα ἄνθρωπον μὴ κατέχοντα τὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐνότητα  
 260 δύνασθαι πρὸς τὴν σωτηρίαν ὠφεληθῆναι, ἢ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἢ δι'  
 ἐλεημοσυνῶν, κἂν ὄσον ὄσι δαφιλεῖς, ἢ διὰ θανάτου διὰ τὸ τοῦ Χριστοῦ  
 ὄνομα ἐπαχθέντος αὐτῷ, ἐφ' ὅσον ἐν αὐτῷ μένει ἢ ἡ τῆς αἰρέσεως ἢ ἡ  
 τοῦ σχίσματος διαστροφῆ, πρὸς θάνατον αὐτὸν ἄγουσα. 56. ἀλλ' εἰ μὴ  
 τῷ ἁγίῳ Ἀδγουστίνῳ δύνασθε πιστεῦειν, τῇ γοῦν μαρτυρίᾳ τῆς θείας  
 Γραφῆς πιστεύσατε, τὸν Δαθὰν καὶ Ἀβειρῶν μαρτυροῦσαν ζῶντας κα-  
 265 τελεεῖν εἰς τὸν Ἄιδην, ὅτι μόνον τῷ Μωσῆ ἀντέστησαν καὶ παρήκοοι

praecipue in illis quae ad legem diuinam spectant, ut est in praesenti. 55. Con-  
 cludamus itaque quod omnes labores uestros perditis, permanentes in isto  
 schismate, et ad mortem aeternam properatis. Et testis est beatus Augustinus,  
 Carthagine natus et episcopus Hipponis factus, in libro De fide ad Petrum:  
 « Firmissime » dicit, « tene, et nullatenus dubites, quemlibet haereticum siue  
 schismaticum, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizatum, si eccle-  
 siae catholicae non fuerit aggregatus, quantascumque eleemosynas fecerit,  
 etsi pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari.  
 Omni enim homini qui Ecclesiae catholicae non tenet unitatem, neque bap-  
 tismus, neque eleemosyna quamlibet copiosa, neque mors pro Christi nomine  
 suscepta proficere potest ad salutem quamdiu in eo uel haeretica uel schisma-  
 tica prauitas perseuerat quae ducit ad mortem ». 56. Quod si sancto Augustino  
 credere non potestis, credite saltem testimonio sacrae Scripturae, quae testatur  
 Dathan et Abiron in infernum descendisse, tantum quia Moysi restiterunt

255 Ἀδγουστίνος: immo Fulgentius, cap. XXXIX (reg. xxxvi) 80 = P.L.,  
 t. 65, col. 704 A-B. Ecce locus iste, Graece redditus a uiro Graeco, Demetrio  
 Cydonio: Βεβαίωτα πιστενε καὶ κατὰ μηδένα τρόπον ἀμφίβαλλε πάντα αἰρετικὸν ἢ  
 σχισματικὸν ἐν τῷ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὀνόματι βαπ-  
 τισθέντα καὶ μὴ συναρθέντα τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, κἂν πάσας μὲν ἐλεημοσύνας  
 ποιήσῃ, ὑπὲρ δὲ τοῦ ὀνόματος τοῦ χριστοῦ καὶ τὸ ἴδιον ἐκχύσειεν αἷμα, μηδαμῶς  
 δυνατόν εἶναι σωθῆναι. | παντὶ γὰρ ἀνθρώπῳ τὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐνότητα  
 μὴ κατέχοντι οὔτε βάπτισμα οὔτε ἐλεημοσύνη, κἂν δαφιλεῖς ὄσι λαν, οὔτε θάνατος  
 ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ χριστοῦ ἐπαχθεὶς δύναται τι λυσιτελεῖν ἐφόσον ἐν ἐκείνῳ ἢ  
 τῆς αἰρέσεως ἢ τοῦ σχίσματος ἐμμένει διαστροφῆ πρὸς θάνατον ἄγουσα. Cod. Vat.  
 gr. 1096, f. 220-220<sup>v</sup>. 264-266 Num. XVI.

τούτω γεγόνασιν· εἰ τοίνυν οἱ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ νόμου ἀποσχισθέντες οὕτω πικρῶς ἐκολάσθησαν, πῶσω δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεσθαι τιμωρίας τοῦς ἐν τῷ Χριστιανικῷ νόμῳ σχισματικούς; 57. οὐκ ἴστε τὸν μακάριον Παῦλον ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ λέγοντα ὅτι πᾶσα ἐξουσία παρὰ Θεοῦ ἐστὶ τεταγμένη; ὥστε ὁ τῇ ἐξουσίᾳ ἀντιτασσόμενος τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ <sup>270</sup> ἀνθέστηκεν. οἱ δὲ ἀνθιστάμενοι ἑαυτοῖς κρῖμα λήφονται. 58. καὶ εἰ τοῦτ' ἐστὶν ἀληθὲς περὶ τῆς κοσμικῆς ἐξουσίας, περὶ ἧς ὁ Ἀπόστολος αὐτόθι διαλέγεται, πῶσω πιστεύειν δεῖ μῆλλον λήψεσθαι κρῖμα τοῦς τῇ πνευματικῇ καὶ ἐκκλησιαστικῇ τάξει ἀνθισταμένους, ἢν οὐ δι' ἀνθρώπων ὥσπερ τὴν κοσμικὴν, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ ἔταξεν ὁ Χριστός, καὶ ταύτην τῷ μακαρίῳ <sup>275</sup> Πέτρῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ παρέθετο διαδόχοις; ἔθεν οἱ τῷ διαδόχῳ τοῦ μακαρίου Πέτρον παρακούοντες οὐ τῷ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεῖ μόνον, ἀλλὰ μᾶλλον τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ ἀντιπολεμοῦσι καὶ παρακούουσι, ἀνθιστάμενοι τῇ τούτου διαταγῇ.

59. Παύσασθε τοίνυν, ἀδελφοὶ φίλτατοι, ταύτης τῆς ἀπιστίας, εἰς <sup>280</sup> τὸν τῆς μητρὸς τῆς ἐκκλησίας ἐπιστρέψαντες κόλπον, ἧς ἄνευ ὑμᾶς σωθῆναι ἀδύνατον· ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς ἐστι, καὶ κίνδυνος ἐν τῇ βραδυτῆτι. καὶ ἴσως ὁ Θεός, ἐπικαμπόμενος τῇ ἀγγελίᾳ ὑμῶν καὶ τοῖς κόποις, ἐνέθηκέ μου προθυμίαν τῇ καρδίᾳ τοῦ ταῦτα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, ἵν' ἐγὼ μὲν τὴν ἑμμαντοῦ ψυχὴν ἐν τῇ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ εὐσασθαι δυνηθῶ, ὑμεῖς δὲ μηδε- <sup>285</sup>

et contumaces illi facti sunt. Itaque si, qui se a lege Iudaica sciderunt, ita seure castigati sunt, quanta peiore poena putatis dignos fieri schismaticos sub lege Christiana? 57. Nescitis beatum Paulum in epistula ad Romanos dicere quod omnis potestas a Deo est ordinata? Itaque qui resistit potestati Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt. 58. Quod si hoc uerum est de potestate saeculari, de qua ibi loquitur Apostolus, quanto maiorem credendum est sibi acquirere damnationem resistentes spiritali et ecclesiastico ordini, quem non per homines, sicut saecularem, sed per semetipsum Christus ordinavit, eumque beato Petro et eius successoribus commisit? Unde et illi qui successoribus beati Petri non oboediunt, non solum Romano pontifici, sed potius filio Dei repugnant et oboedientiam negant ordinationi eius resistentes.

*Latinos ne despexerint, neue timuerint ab ecclesia Romana*

59. Cessate igitur, fratres carissimi, ab ista infidelitate, ad gremium matris ecclesiae reuertentes, extra quam saluari non potestis. Tempus enim prope est, et periculum in mora. Et fortasse Deus, inclinatus propter castitatem uestram et labores, posuit in corde meo desiderium haec uobis dicendi, ut ego animam

μίαν σχῆτε παρατήσω. 60. μὴ ἀπατᾶσθε διαβολικῇ πιθανότητι, νομίζοντες ἑαυτοὺς βελτίους εἶναι τὴν πίστιν καὶ τὰ ἔθη ἢ οἱ Λατῖνοι, ὡς ἂν πολλῶν τῶν παρ' ἐκείνοις πόνοις καὶ ἐγκρατεῖα διαφέρειν δοκοῦντες· αὕτη ἢ ὑποβολή τοῦ Σατανᾶ ἐστίν, εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματίζοντος  
 290 ἑαυτὸν ἵνα ὑμᾶς ἀπατήσῃ, καθὼς καὶ τινα τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ γερόντων λέγεται ἀπατήσαι, ὃς τῇ ἑαυτοῦ περὶ τὴν ἐγκρατεῖαν ἀσθηρότητι θαρρήσας διαβολικῇ πιθανότητι κατεπείσθη ἑαυτὸν βελτίονα καὶ τελειότερον ἐν ἀληθείᾳ εἶναι τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ μοναζόντων ἁγίων πατέρων καὶ τοῦτο ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἀναπεισθεὶς, εἰς ἄγγελον φωτὸς ἑαυτὸν μετασχηματί-  
 295 σαστος, εἰς φρέαρ ἐνέβαλεν ἑαυτόν, ὡς ἐν τοῖς τῶν πατέρων | βίοις ἰστό- f. II  
 ρηται.

61. Μὴ νομίζετε <ὅτι> διὰ τὴν εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν ὑποταγὴν ἀναγκασθήσεσθέ τινα τῶν ἁγίων ὑμῶν ἔθῶν καὶ παρατηρήσεων, τῶν ἄνωθεν παρ' ὑμῶν δεδοκιμασμένων, ἀφεῖναι· οὐχ οὕτω γὰρ ἔσται  
 300 οὐδὲν γὰρ τῶν ὑμετέρων ἔθῶν ἢ παρατηρήσεων ὃ πάπας βούλεται ἀφελεῖν, εἰ μὴ ὅσον ἀντίκειται τῇ θεῖᾳ Γραφῇ καὶ τοῖς ἐκεῖνης κανόσι· τὰ δὲ ὑπ' αὐτῆς παραδιδόμενα καὶ παρὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῶν Ῥωμαίων πιστευόμενα βούλεται καὶ ὑμᾶς δέξασθαι. 62. οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἀφ' ὑμῶν ὃ πάπας ἐπιζητεῖ, ἢ τὴν τῶν ὑμετέρων ψυχῶν σωτηρίαν· οὐ γὰρ τὰ ὑμέ-

meam in die iudicii saluare ualerem, uos autem nullam haberetis excusationem. 60. Nolite decipi diabolica illusionē, reputantes uos meliores esse quoad fidem et mores quam Latini, ut qui multos illorum laboribus et abstinentia excellere uideamini. Fraus ista est Satanae, in angelum lucis se transfigurantis ut uos decipiat, sicut et quendam senem in deserto decepisse dicitur, cui, suae abstinentiae rigore confiso, diabolica illusionē persuasum est se optimum et perfectissimum esse re uera omnium in deserto solitariam uitam agentium sanctorum patrum. Et cum hoc ei a diabolo in angelum lucis transfigurato persuasum esset, seipsum in puteum coniecit, ut in Vitis Patrum narratur. 61. Nolite credere quod propter oboedientiam ecclesiae Romanae praestandam cogamini dimittere aliquam uestrarum sanctarum consuetudinum et obseruantiarum, quae ab antiquo apud uos probatae sunt. Non erit sic. Nihil enim papa tollere uult a uestris consuetudinibus et obseruantiiis, nisi quod Scripturae sacrae et regulis eius contrarium est. Illas autem quae ab ipsa traduntur et a catholica ecclesia creduntur uos quoque recipere uult. 62. Nihil aliud enim a uobis papa requirit, quam salutem animarum uestrarum. Non

290 γερόντων: Hero senex; Cassian., Coll. II 5 = P.L., t. 49, col. 529-530.

295 βίοις: Excerpta ex Cassiano et Sulpicio Seüero, quae sub titulo « Vitae Patrum » ferebantur; P.L., t. 73, col. 841.

τερα ζητεῖ, ἀλλ' ὑμᾶς· καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν, ἀποστείλας τοὺς ἀποκρισι- 305  
 αῖρους αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ ὑμῶν, ἔτοιμον ἑαυτὸν δεικνὺς ὡς γνήσιον πατέρα  
 φιλάτους υἱέων ὑμῶν χρησόμενον, εἰ μόνον θελήσετε πρὸς τὴν τῆς Ῥωμαϊ-  
 κῆς ἐκκλησίας ὑποταγὴν ἐπιστρέφαι.

63. Πάλιν μὴ φοβηθῆτε τῇ προειρημένῃ ἐκκλησία ὑποταγῆναι τῇ 310  
 προφάσει τοῦ δόγματος ὃ περὶ τῆς παρὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος  
 ἐκπορεύσεως δοξάζει· οὐ γὰρ ἐστὶ τοῦτο δόξα, ἀλλὰ ἀληθῆς πίστις, ἣν  
 εἰ μὴ τις πιστῶς καὶ βεβαίως πιστεύσειεν, οὐ δυνήσεται σωθῆναι, ὡς φησὶν  
 ὁ ὑμέτερος διδάσκαλος ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος. οὗτος δὲ καὶ προειρήκει τὸ  
 Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εἶναι, οὐ ποιητόν, οὐ κτιστόν,  
 οὐ γεννητόν, ἀλλ' ἐκπορευόμενον. 64. ταύτην τὴν πίστιν ἐκράτησαν καὶ 315  
 ἐδίδαξαν οἱ παρ' ὑμῶν ἅγιοι διδάσκαλοι, ὁ εἰρημένος δηλονότι Ἀθανάσιος,  
 ὁ Ἀλεξανδρείας Κύριλλος, ὁ τῆς Ναζιωνζοῦ Γρηγόριος, Ἐπιφάνιος,  
 Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, Βασίλειος καὶ πολλοὶ ἅγιοι, καθὼς ἐμφέρεται  
 τοῖς αὐτῶν συγγράμμασιν, ἐν οἷς εὐρίσκεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πνεῦμα  
 Υἱοῦ καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ προχέμενον, καὶ 320  
 αἰτιατόν αὐτοῦ καὶ πνευόμενον παρὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ αὐτὸς ἀρχηγὸς καὶ πηγὴ  
 τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ πνεῶν αὐτό. ὧν ἐξ ἐκάστου συμπεραίνεται ἐξ

enim uestra quaerit sed uos. Et hoc aperte declarauit, mittens apocrisiarios suos ad imperatorem uestrum, paratum se monstrans ad utendum uobis ut filii carissimis pater legitimus, modo uelletis ad oboedientiam ecclesiae Romanae conuertiri.

*De processione Spiritus sancti a Patre Filioque*

63. Item, ne timueritis oboedire praedictae ecclesiae praetextu dogmatis quod tenet, opinando circa processionem Spiritus sancti ex Filio. Haec enim non est opinio, sed uera fides, « quam nisi quis fideliter et firmiter crediderit, saluus esse non poterit », ut sanctus Athanasius dicit, doctor uester. Idemque antea dixerat Spiritum sanctum a Patre Filioque esse, non factum nec creatum nec genitum sed procedentem. 64. Fidem istam tenuerunt et docuerunt sancti doctores uestri, praedictus scilicet Athanasius, Cyrillus Alexandrinus, Basilius et multi sancti, sicut infertur ex scriptis eorum, in quibus inuenitur Spiritus sanctus « Spiritus Filii », et « a Filio » et « imago Filii » et « ex eo effusus » et « ab eo causatus » et « a Filio spiratus » et « ipse origo et fons Spiritus sancti

305-306 ἀποκρισταίρους: de his egi supra, in Introductione, capitibus 3 4 5.

306-308 His similibus uerbis utitur Ioannes papa XXII in litteris de quibus supra in Introductione, capite 3.

319-323 Haec omnia collecta sunt ex Thomae Aquinatis opusculo quod uulgo inscribitur Contra errores Graecorum, sed male, ut monui Arch. FF. Praed. 29 (1959) 77.

ἀνάγκης παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι. 65. ὁ πλατό-  
 325 τερον καὶ καθαρώτερον ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ ἀπέδειξα παρ' ἐμοῦ συγγραφέντι,  
 ἐν ᾧ σαφηνίζων τὸ ἠθὲν τοῦτο κεφάλαιον τῆς πίστεως πολλὰς ἀποδείξεις  
 τέθεικα, ἐπωκοδομημένας τῇ θεῇ Γραφῇ, καὶ βεβαιουμένας διὰ τῶν ἁγίων  
 διδασκάλων τῶν Γρεκῶν. ἃ δυνήσεσθε γνῶναι, τὸ εἰρημένον βιβλίον λα-  
 βόντες καὶ ἀναγνόντες· ὅπερ εἰ ἔστιν ὑμῖν ἀναγκαῖον λήψεσθε παρὰ τοῦ  
 φρὲ Μανουήλ, ὃς ἐν τῷ Γαλατᾷ οἰκεῖ.

330 66. Μὴ δεισῆτε τὰς ψευδεῖς μαρτυρίας, ὃς οἱ ὑμέτεροι ἱερεῖς καὶ πα-  
 τριάρχαι, ἢ τὸ ἀληθέστερον εἰπεῖν αἰρεσιάρχαι, προφέρουσι, λέγοντες τὸν  
 τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον ὑπὸ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης συνόδου καθαιρεθῆναι,  
 κωλοῦσης ὑπὸ τιμωρίᾳ ἀναθέματος καὶ καθαιρέσεως προσθεῖναι τι τῷ  
 ἐν Νικαίᾳ συμβόλῳ. ἴστε βεβαίως ὡς ψευδῶς καὶ ἠπατημένως τὴν εἰρη-  
 335 μένην παραφέρουσι σύνοδον. οὐ γὰρ λέγεται ἐκεῖ ἀναθέματος ἀξιῶς εἶναι  
 τοὺς προστιθέντας ἢ ἀφαιροῦντάς τι τοῦ συμβόλου, ἀλλὰ τοῖς ἑτέραν πίστιν  
 διδάσκουσιν ἢ συγγράφουσι. τὸ δὲ προσθεῖναι τινα λέξιν διὰ μελίζονα τῆς  
 πίστεως σαφῆρειαν οὐκ ἔστιν ἑτέραν ποιεῖν πίστιν, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν οὖσαν  
 βεβαιοῦν. 67. ἀλλὰ καὶ ὑποκειμένου καθὼς οὗτοι φασιν ὑπὸ τῆς συνόδου  
 340 γεγράφθαι, οὐδ' οὕτως ἀναγκαῖον τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον καθηρῆσθαι·  
 ἐν παντὶ γὰρ | κανόνι συνόδου οἷα ἂν ἢ αἰεὶ συννοεῖται οὕτω κύριον εἶναι

f. 1

spirans eum». Ex quorum singulis concluditur necessario Spiritum sanctum a Filio procedere. 65. Quod amplius et clarius in alio libro demonstraui a me scripto, in quo praedictum articulum fidei exponendo multas posui demonstrationes, super sacram Scripturam aedificatas, et per sanctos doctores Graecorum comprobatas. Quae cognoscere poteritis, praedictum librum accipientes et legentes, quem, si uobis necessarius est, accipietis a fratre Emmanuele qui Galatae habitat.

*De additis in symbolo Nicaeno a Latinis*

66. Nolite timere testimonia falsa, quae sacerdotes uestri et patriarchae, uel potius haeresiarchae, proferunt, dicentes Romanum pontificem amotum esse per primum concilium Ephesinum, quod prohibet sub poenis anathematis et depositionis ne quid addatur symbolo Nicaeno. Scitis proculdubio quod falso et dolose dictam adducunt synodum. Non enim dicitur ibi anathemate dignos esse addentes aut tollentes aliquid in symbolo fidei, sed docentes aliam fidem et conscribentes. Sed addere uerbum aliquod ad maiorem fidei claritatem non est aliam condere fidem, sed potius existentem confirmare. 67. Sed supposito etiam, sicut isti asserunt, ita scriptum esse a concilio, nec ita necessarium est Romanum pontificem amotum esse. In omni quippe canone concilii, qualiscumque sit, semper intelligitur ita uigere canonem, ut

τὸν κανόνα, φυλαττομένης τῆς ἐξουσίας τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου, ὃς οὐδεμιᾷ συνόδῳ ὑπόκειται διὰ τὸ ὑπὲρ πᾶσαν σύνοδον εἶναι. 68. ἀλλὰ καὶ πᾶσα διάταξις καὶ κανὼν πρόκριμα ποιῶν τῇ ἀποστολικῇ καθέδρᾳ ἐξουδενωμένη ἐστὶ καὶ καταγέλαστος. ὅθεν δι' οὐδεμιᾶς συνόδου, παρὰ μόνου 345 δὲ τοῦ Χριστοῦ δύναται καθαιρεθῆναι ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος, εἰ μὴ καθάπερ εἶπον πρόδηλος εἶη αἰρετικὸς καὶ ἐνστάσεως πλήρης· ἀλλὰ <τοῦτο> δέδεικται ἐναντίον ὃν τῷ τοῦ Χριστοῦ ἐπαγγέλματι, ὃν ἀδύνατον φεῦσασθαι. 69. ἔτι δὲ εἴρηται καὶ τὴν εἰρημένην προσθήκην μὴ εἶναι αἰρετικὴν, ἀλλὰ ἀληθῆ πίστιν καὶ καθολικὴν, ἣν πιστεύειν ὀφείλουσι πάντες 350 Χριστιανοὶ λόγῳ χρώμενοι ὡς ἀναγκαίαν πρὸς σωτηρίαν. ταύτην δὲ τὴν προσθήκην ἀναγκαῖον γέγονε δημοσιευθῆναι τῶν αἰρέσεων ἕνεκα, αἱ παρὰ τοῖς Ἀντικοῖς τότε ἤκμαζον τῷ δὲ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπῳ προσήκει τὰς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης αἰρέσεις ἀνατρέπειν κατὰ τὸ δυνατόν αὐτῷ.

70. Ἔτι δὲ ὑμῶν δέομαι καὶ τοῦτο κατανοήσατε· πόθεν ἀνέκυψεν ἡ 355 περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος δόξα ἣν κατέχουσιν οἱ Γραικοί; καθὼς γὰρ ἐν ταῖς ἱστορίαις εὐρίσκομεν πρῶτος Νεστόριος ὁ αἰρετικὸς εὐρετῆς γέγονε· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τινος συμβόλου Νεστοριανοῦ, ὃπερ αὐτὸς ὁ Νεστόριος συνέγραψεν, ὃ παρὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης συνόδου ἀπερριπταὶ καὶ κατακέρκνται, μετὰ τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς τοιαύτης αἰρέσεως. 360 71. ὅθεν καὶ ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας Κύριλλος ἐλέγχων ἐκεῖνον ἀπέστειλε μίαν ἐπιστολήν, ἀποδεχθεῖσαν καὶ δοκιμασθεῖσαν ἐν τῇ εἰρημένῃ συνόδῳ,

salua sit auctoritas Romani pontificis, qui nulli concilio subditur, cum super omnia concilia sit. 68. Sed et omnis constitutio et omnis regula praeiudicium ferens Apostolicae sedi nulla est et irrita. Unde per nullum concilium, sed a solo Christo, Romanus episcopus amoueri potest, si non, ut dixi, aperte sit haereticus et contumacia plenus. Sed ostensum est hoc esse contrarium promissioni Christi, qui mentiri non potest. 69. Adhuc etiam dictum est praefatam additionem non esse haereticam, sed ueram fidem et catholicam, quam credere debent omnes Christiani ratione utentes, ut necessariam ad salutem. istam uero additionem necessarium fuit promulgari, propter haereses quae tunc apud Occidentales pullulabant. Sed Romano episcopo competit ubique terrarum haereses euertere in quantum potest.

#### *De schismatis ortu et progressu*

70. Item, rogo uos, hoc quoque considerate: unde est orta opinio de processione Spiritus sancti quam tenent Graeci? Sicut enim inuenimus in historiis, primus inuentor fuit Nestorius haereticus. Et hoc patet ex quodam symbolo Nestoriano, quod ipse Nestorius conscripsit, quod a primo concilio Ephesino reiectum est et damnatum, cum auctore talis haeresis. 71. Unde et Cyrillus Alexandrinus, confutans illum, misit epistulam, in dicto concilio

ἐν ἣ περιέχεται διαρρήδην τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προχεῖσθαι ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ὡσπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, καθὼς αὐτὸς ὁ Κύριλλος ἐξηγεῖται  
 365 τοῦτο ἐν τῇ ἐκθέσει τοῦ κατὰ Νίκαιαν συμβόλου. 72. ἐνθυμεῖσθε δὲ ὅτι καὶ ἡ δόξα αὐτῆ δια τοῦ καταράτου Φωτίου ἠδξήθη τε καὶ ἐβεβαιώθη, ὃς πονηρὸς καὶ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι προσηγητέθη, ὃς τὴν δόξαν ταύτην προφασισάμενος τὴν τῶν Γρεκῶν ἐκκλησίαν τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐχώρισε. 73. ταύτην δὲ τὴν διαίρεσιν ἠδξήσαν καὶ ἐβεβαίωσαν ἐπὶ πλέον <...> ὁ  
 370 βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ Μονομάχος, διὰ τὸ τὸν πάπαν μὴ θελήσαι τῇ τούτου κατὰ τῶν Σικελιωτῶν τυραννίδι <...> αἰσχρὸν τοίνυν ὑμῖν δοκεῖτω τὸ τῶν αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν δόγμα πρесеβεῖν, τὴν δὲ ὑγιᾶ διδασκαλίαν καταλιμπάνειν τῶν ὑμετέρων ἁγίων διδασκάλων.

74. Ἄλλὰ δέδοικα μὴ τις ὁμολοῦς ὑμᾶς εἶναι λέγη τοῖς ἐν εἰρκτῇ τινι  
 375 γεννηθεῖσί τε καὶ τραφεῖσι καὶ μηδέποτε ἐξελθοῦσιν ἐκεῖθεν, οἱ τοῖς περὶ ἡλλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν ἐν καθαρῷ φωτὶ φαινομένων χρωμάτων διηγουμένοις πιστεῦναι οὐ βούλονται διὰ τὸ μηδέποτε ταῦτα ἰδεῖν· οὕτω δὲ καὶ ὑμεῖς παρὰ σχισματικῶν γεννηθέντες καὶ μεταξὺ σχισματικῶν τραφέντες, καὶ τοῦ πρὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν μίσους ἐξ αὐτῶν τῶν  
 380 σπαργάνων ἐμπεπλησμένοι δύσκολον οἴεσθε τοῖς εἰρημένοις πιστεῦναι καὶ πρὸς τὴν ὑποταγὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπιανελεῖν, ὑπὸ τῶν πατρικῶν πα-

receptam et probatam, in qua continetur aperte Spiritum sanctum effundi a Filio sicut et ab ipso Patre, prout ipse Cyrillus exposuit in expositione symboli Nicaeni. 72. Item considerate quod haec opinio per Photium maledictum aucta est et confirmata, qui malus etiam antequam nasceretur praedictus est, qui sub praetextu istius opinionis ecclesiam Graecorum a Romana scidit. 73. Istam uero diuisionem auxerunt et amplius firmauerunt imperator Constantinus Monomachus, quia papa nolebat <consentire> eius in Siculos tyrannidi <...>. Turpe ideo uobis uideatur dogma haereticorum et schismaticorum uenerare, et derelinquere sanam doctrinam sanctorum doctorum uestrorum.

*Errore patrio reiecto per ueritatem se uindictent libertati*

74. Verum timeo ne quis uos similes dicat esse natis in carcere quodam et nutritis, qui nunquam inde exierint. Qui credere nolunt narrantibus de sole et luna et coloribus apparentibus in luce pura, quia nunquam ea uiderunt. Ita et uos, apud schismaticos nati et inter schismaticos nutriti, et per eos ab incunabulis odio in Romanam ecclesiam repleti, difficile putatis credere praedictis et reuerti ad oboedientiam Ecclesiae, impediti

371 Post τυραννίδι excidisse uidetur uerbum συντιθεσθαι uel quid simile. Praetera deest unum saltem nomen, ut arguas ex numero plurali uerborum ἠδξαν et ἐβεβαίωσαν. Ni fallor hic Ioannes loquebatur de Michaele Caerulario, patriarcha oecumenico, schismatis auctore.

ραδόσεων κωλυόμενοι, ὧν εἶναι βούλεσθε ζηλωταί. 75. ἀλλὰ πρὸς ὀλίγον γοῦν ἐξελθεῖν θελήσατε τῆς εἰρκτῆς τῆς πλάνης τε καὶ ἀνοίας ἐν ἣ πλεῖστον ὄσον διεμείνατε, καὶ ἐξελθοῦσι τὸ φῶς ὑμῖν ἐκλάμφοι τῆς ἀληθείας· φησὶ  
 f. 114 γὰρ ὁ σωτὴρ ἡμῶν Χριστός· | « ἐὰν πιστεύσητε γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, 385  
 καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς », τοῦτ' ἔστιν ὁ Χριστός, ὅς ἐστι τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον, ὅς ἐστι καὶ ὁδὸς καὶ ἀλήθεια καὶ ζωὴ, ὡς αὐτὸς φησὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. 76. ὃς τῇ ἑαυτοῦ χάριτι καταξιώσειε φωτίσαι τὰς αἰσθήσεις καὶ τὰς καρδίας ὑμῶν, ἵνα ὃ δεῖ πιστεύειν καὶ ᾧ δεῖ ὑπακούειν νοήσητε καὶ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιεῖν πάντοτε δύνησθε, 390  
 ἵνα καὶ πρὸς τὴν ἔνδοξον αὐτοῦ καταντήσητε βασιλείαν, ὅπερ ὑμῖν αὐτὸς ὁ Χριστὸς χάρισται, ὃ ἀτελευτήτως ζῶν καὶ βασιλεύων. Ἀμήν.

a traditionibus patriis, quorum zelatores esse uultis. 75. Age tamen, ad modicum saltem exire uelitis ex carcere erroris et amentiae in quo quamplurimum mansistis, et exeuntibus colluceat lux ueritatis. Dicit enim Saluator noster Christus: « Si credideritis, cognoscetis ueritatem et ueritas liberabit uos », Christus scilicet, qui est « lux uera quae illuminat omnem hominem », qui est « uia et ueritas et uita », ut ipse dicit in Euangelio. 76. Qui per gratiam suam illuminare dignetur sensus et corda uestra, ut cognoscetis quid sit credendum et cui oboediendum, et possitis quae ei placent semper facere, ut et ad gloriosum eius perueniatis regnum, quod ipse Christus uobis praestet qui sine fine uiuit et regnat. Amen.

386 Ioann. VIII 31. 387 cf. Ioann. I 9. 388 Ioann. XIV 6.

388-389 « Spiritus sancti gratia illuminare dignetur sensus et corda nostra » est benedictio danda lectori ante tertiam lectionem primi nocturni in matutinis, iuxta ritum ordinis fratrum Praedicatorum.